

Europæ ſtringunt, ceu prima monilia, Diuæ
Septem HABSBVRGIACÆ, sat genus omne Deûm.

AVSTRIACÆ inde: comæ, charites hinc munera dantes,
Dat cunctis PIETAS sidera digna ſuæ.

I. B. [illegible]

Ex lib: Cæs. card: Raspini:
Coll.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Pars IV. & etiam V. ac poſtrema.

Vbi primò

DE MATRIMONIIS AVSTRIACARVM MVLIERVM, SIVE STIRPEM PROPAGANTIVM, SIVE NON.

Secundò

DE MAGNIS AGNATONIBVS, quibus auſpicato fędere cum plurimis, & omnibus clariſſimis Europæ Domibus Auſtria gens iuncta eſt.

Excurſus I.

Breuis prolocutio in ambarum partium totius materiei argumentum.

Ta eſt prorſus, Eliſio Calentio teſte, *Mulieres quidem plantulis arborum, aut herbarum ſimiles ſunt, quæ niſi aliò transferantur, euellanturque à ſolo, in quo natæ ſunt, frugi eſſe non poſſunt. Aut enim iuſto plus adolent, aut areſcunt. Quod in lactucis rectius, aut braſſicis, ſi voles, aſpicies.* Mulierum ex Habsburgica Auſtriaca familia plantæ alijs terrenis translatæ, atque alienis ſtirpium arboribus per connubia inſitæ omnes quidem tam auita, quam præcipua earum Pietate tanquam cæleſti riuulo mirabiliter irrigatæ, fructiferæ euaſerunt, licet non eodem modo. Ex illis enim non ſolum aliæ bina inſignitæ fæcunditate naturæ poma, in magna ger- (Epiſt. ad Mulgarinum)

Digitized by Google

mina, quibus proceres ſtirpium plurimarum arbores conſtitutæ ſunt, erumpentes, ediderunt, verum etiam & innumeros bonorum operum fructus. Aliæ vero etſi prolium vbertate carentes, tamen quemadmodum in propriæ Domus, ita quoque & in illo ingenti ac florido Eccleſiæ Catholicæ horto, odoratarum virtutum pomis abundare viſæ ſunt.

P. Gans in Arb. 1. initio.

Valdè ingenua, mihique pergrata in propoſito P. Gans adnotatio in arborem I. hoſce ſtylo exhibita. *Duo naturæ artificia in glorioſiſſima Rudolphi poſteritate aduerto.* Primum eſt, quod maioratum, quem poſteriora tempora Auguſtiſſimæ Domui perſuaſerunt, natura ipſa ſub Imperialis dignitatis initia inſtituiſſe, & ſuaſiſſe videatur; quando nimirum ex tam multis filijs, vni tantum, defunctis fratribus, bona contulit, & ſtemmatis propagatorem effecit. Alterum eſt, quod ex multis filiabus quatuor tantum elegerit, per quas Imperialem ſanguinem in alias familias deriuaret. Scilicet ſicut Rudolphus manu ſua Imperij pomum complectebatur, ita Principes eiuſdem quinque quaſi digitis, filio Alberto tanquam pollice, & quatuor filiabus tanquam reliquis digitis infirmioribus complecteretur, ſibique adſtringeret, hoc ſequentibus adnotationibus, illud ſingulos Rudolphi filios percurrendo clarius euadet. Hactenus Gans, quam paſſim in ambambus his partibus ductorem habebo: quique idcirco conſtruens arborem ſuum incipit nō à filiabus Rudolphi, ſed ab illis Alberti 1. filij, vt ſic appareat propoſita ſimilitudo, vt ipſemet explicat in Arb. 2.

Concinna ſimilitudo.

Vide eundem Gans in ep. dedic.

Nota.

VVernerus Moguntinus Archipræſul inter alia pro Rudolpho Tritaui Ferdinandi III. Imperatoris glorioſiſſimo Atauo, præ alijs Regibus & Principibus Imperij Candidatis eligendo, hoc propoſuit Argumentum: *Ad colligendos animos nihil apud mortales eſt efficacius, quam ſanguinis nexus, & Affinitates; Rudolpho vero prætercætera ſex ſunt filiæ forma & indole eximiæ, ac cuiuuis magnæ fortunæ pares, ampla conciliandis Imperij primoribus materia: iuuenes ad hæc filij tres paternæ virtutis æmuli & coniugijs expertes, firma ſtabilimenta Regni &c.* Hoc ita præcipuos effecit, vt omnium votis (ſi vnum excipias Othocarum) Romanorum Imperator, & trium ſimul Electorū ſocer ſit electus. Neque inter hos ſanguis conſtitit; ita ſibi omnes Imperij, Regnorumque principes familias deuinxit, vt, dum curioſius inquiſitioni quis inſiſteret, vix vllum hodie reperiret Principem, Europæque Regem, qui non recta linea ab ipſo Rudolpho I. deſcendat. Hoc dum ipſe cum eodem Gans mecum admirabundus conſiderauì, illud in mentem venit: ſi tantum ſperata quondam ſanguinis coniunctio colligando Imperio præſtitit, quantum non iam facta oculiſque omniū ſubiecta ad idem efficiendum, conſeruandumque monumentum ſit allatura?

Eo bello, quod C. Cornelius Cinna Trib. plebis ex Ciuitate pulſus, cū Caio Mario, & alijs ex Africa exulibus Romanis intulit, duo fratres, alter ex Pompeij, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt, cumque

eumque victor mortuum ſpoliaret, cognito fratre, ingenti edita lamen-
tatione, ac rogo extructo, ſe inſuper cremauit. Sic etiam filij Iſrael
quamuis ex Dei præcepto ad nefarium illud vindicandum facinus Be-
niamini poſteros ad ſexcentos vſque viros deleuiſſent; tamen vbi ſan-
guis deferbuit, & fratres ſuos eſſe meminerunt, ait ſacer textus, *Vene-* Iudic. 21. v. 2.
runt omnes ad Domum Dei in Silo, & in conſpectu eius ſedentes vſque ad veſperam,
leuauerunt vocem, & magno vlulatu cœperunt flere, dicentes. Quare, Domine
Deus Iſrael, factum eſt hoc malum in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex
nobis? Et inferius ver. 15. Vniuerſuſque Iſrael valdè doluit, & egit pœnitentiam
ſuper interfectionem vnius tribus ex Iſrael. Omnem deinde etiam rationem
in coniugibus quærendis inierunt, vt Tribus repullularet, & priſtino
ſplendori reſtitueretur. Dauid quoque meliorem modum Populi ſi-
bi conciliandi non inuenit, quam vt Sadoch, & Abiathar ſacerdotes ad
eum mitteret, ac conſanguinitatis his verbis admoueret: *Fratres mei*
vos, os meum, & caro mea vos, quare nouiſſimi reducitis Regem? Horum ego
aliqua ratione vices ago, dum omnium Principum cum Domo Auſtria-
ca cognationem in præſentibus ob oculos pono, neque dubito quin
quiſque videns ſe Habsburgicæ, ſeu Auſtriacæ ſtirpis ſurculum, huic
hærere potius, quam alieno maritari velit Stipiti, atque à fratris cæ-
de manus abſtinere, de illatis cladibus pœnitere, eumque, quem ſemel
Regem elegerunt, in ſua reuocare. Vndique mala, vndique clades,
vndique luctus, vndique plurima mortis non imagine ſolum, ſed reipſa
conſtans veritas. Nec eſt qui recogitet. Vides tu Domine, nec tamen
emendari homines, in quorum profectum Tu ea tum immittis, tum
permittis. Quare veni Domine priusquam pereat omnino de terra
memoria tui. Veni cito ad delendum de mundo peccatum, cuius tu
reatum proprio ſanguine ſuſtuliſti: ne peccent amplius homines, & ab-
utantur gratia tua, ſed tibi viuant, & trahantur poſt te vel inuiti in cœ-
lum. Atque interim da Pacem in diebus noſtris, pro qua vigilantia tan-
ta dictis ac factis, verbis, & operibus ſanctiſſimus Chriſti Vicarius Ale-
xander VII. laborat: Quamque nec mundus dare poteſt, nec ferè de-
ſiderare videtur; ſed magis varijs contentionibus miſerorum hominũ
fortunas, & vitam ludere. O Principes! ſi non Chriſtum audire ſuſti-
netis, vel Senecam audite egregium philoſophum, qui lumine natura-
li, & experientia certa vobis refert, conſulere patriæ, parcere afflictis,
fera cæde abſtinere, tempus ire dare, orbi quietem, ſæculo Pacem ſuo:
hanc ſummam virtutem eſſe, peti hac cælum via: Pacem vnam trium-
phis innumeris potiorem eſſe: Qui verò pacem contemnunt, & glo- Euripides de
riam apperunt, pacem eos perdere & gloriam. Ad me quod attinet, bono Pacis.
dicam cum Euripide. O Pax opulenta, & beatos inter pulcherrima
diuos! Deſiderium me tui habet, quam tarda moraris. Atqui merito,
ne prius laborioſa vincat ſenecta. Quam iucundũ tui tempus inſpexero.
Quippe quem cum hæc ſcribo ad annum 1657. iam ætatis 53. penè ex-
actum agentem viribus, valetudine ferè deperdita, deſtitutum de beata

 morte

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

morte deſpecta aula perquam nimio tedio afficior, magis debeant cogitare, quam de infelicis, vt ita dicam, futuri temporis protenſione. Hæc ex Spondano.

Quid Luna proficit, dum ſolem nobis obſcurat, & lumen ei ſuffuratur? an non & ipſa obſcurior mortalium oculis ſubducitur, ac draconis vel horrendis faucibus, vel nigerrima cauda implicatur? Quid terra, dum vmbræ ſuæ Lunam immergit? an non ipſa etiam hinc infecundior euadit? Quid Daniel conſecutum ſcribit, dum teſta & ferrum in pedibus magnæ illius Statuæ miſta ſibi non adhæſerunt? nonne lapis paruus in hoc incurrens omnia redegit in puluerem? Sic & cum Romano, ô Principes, agetur Imperio, dum vos quidem humano ſemine (vt loquitur Propheta) commiſcebimini, ſed vobis non adhærebitis, hoc eſt, nullam ſanguinis veſtri habebitis rationem, omnes ab exigua potentia in nihilum redigemini. Abſit verò à Germanico ſanguine, vt in eo hæc Prophetia impleatur. Abſit vt à ſe ipſa deficiat Germania. Illud Iſaiæ cap. 51. vobis dictum cogitetis. *Attendite ad Petram, vnde exciſi eſtis, & ad cauernam Laci, de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham* (Rudolphum) *Patrem veſtrum, & ad Saram* (Annam) *quæ peperit vos quia* Vnum *vocaui* Eum, *& benedixi ei, & multiplicaui Eum &c* Iſthanc multiplicationem per marium connubia iam in antecedenti parte explicauimus. Remanet modo, vt eandem in hac 4. & V. promiſſis ſatisfaciendo, compleamus. In omnibus fere coniugijs Auſtriæ ſobolis Mulierum poterit deinde lector facile meminere illius Philonis ſimilitudinis. *Quemadmodum corporis animique forma, habitu, geſtu, conſilijs, actionibus, prognati maiores ſuos referunt: Eodem modo probabile, in ipſo ſemine Principum delineari quandam habilitatem, dignam Principe.* Hanc vero habiliatem præter cæteras primam, ac digniorem eſſe eam, quam conſtanti imitatione Religionis & Pietatis concipimus, compertum eſſe etiam Ethnicis ipſis minime ambigendum. Rationem ex oppoſito Cyprianus deſumpſit, & his verbis ſenſibili paritate explicauit. *Paxillus niſi benè fixus firmiter alicui fortiori adhæreat, omne quod in eo pendet, citò dilabitur, & ipſe ſolutus à rigore ſuæ firmitatis cum oneribus ad terram dilabitur: Sic & Princeps niſi ſuo conditori pertinaciter adhæſerit & ipſe, & omnis qui ei conſentit, citò deperit.* Connexio tam mirabilis Pietatis Chriſtianæ, ac Religionis Catholicæ inrer Protoplaſtum, RVDOLPHVM ſcilicet Habsburgicum, & eius poſteros, maſculos fæminaſque, vnde omnis eius fortunata cum alijs ſtirpibus adhærentia, felixque fæcunditas ſiue naturæ, ſiue morum, paxyllo quam firmiſſimo adhuc ſobolem per matrimonia ſuſtentat. Ea mediante dicere poſſumus ore Dauidico eidem Rudolpho. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.* Pietas erga Menſam Euchariſticam, quam tranſtulit hæreditario poſteris ſuis Rudolphus, omnis eius ſors, & Fortuna; hinc eius filij, & imitatores ſicut nouellæ olivarum, diuturna Pietate vireſcentes, oleoque miſericordiæ exuberantes, in circuitu, perpetuitatis ſymbolo, eiuſdem Menſæ, perennata per eas ſtirpe, toti mundo præſentan-

Daniel. cap.

Iſaiæ cap. 51.

Philo de legatione ad Caium.

Cyprianus lib. 12. abuſionum.

ſentantur. Ordinem, quem modo tenebo, temporibus, quibus nuptiæ fuerunt celebratæ, non eſt eodem modo ceu in marium coniugijs accommodatus. Nam præterquam quod apud ſcriptores, quos adhuc legi, non ſatis in omnibus, & maximè in antiquioribus compertam temporis rationem; vt verum fatear, ad omnem tollendam in hac re confuſionem, melius, & commodius erit ingentem Auſtriæ fœminarum, maritis additarum numerum in duas claſſes ſecernere; & in earum prima propagantes extraneorum Principum ſtirpes, in ſecunda vero è contra cæteras collocare, quæ maritorum ſtirpem minimè propagarunt.

Quam diſtinctionem deſumpſi ex ſumma ſiue tabula 2. tomi M. S. Ioannis Pauli citati, in qua totum illud opus quidam alius auctor diuidit in partes quinque. Prima eſt de Recenſioribus Archiducibus Auſtriæ Maximiliano I. Cæſare, Philippo I. eius filio lib. 22. Carolo V. Cæſare lib. 23. Philippo II. Caroli filio lib. 24. Ferdinando, ac Maximiliano II. filio Imperatoribus, Rudolpho Cæſare II. lib. 26. Erneſto, Matthia Imp. lib. 27. Maximiliano Alberto fratribus lib. 28. Secunda pars lib. 30 per numeros 70. amplectitur Vxorum Auſtriæ Principibus nuptarum Genealogias non vulgares, ſed ex Archiuis deſumptas in I. tomo amiſſas, & è converſo: additis earum Maiorum rebus geſtis ſtrictim indicatis, quæ rebus Auſtriacis lucem afferunt. Tertia eſt veluti Teatrum, ac ſeminarium quodam Auſtriacarum Fœminarum alijs Principibus nuptarum: Quam poſteritatem & ſtirpem procrearint, reliquerint, ac propagarint. Vnde in promptu erit cuiuis cognoſcere, varij Reges ac Principes, quorum res geſtæ obiter attinguntur, quoto gradu conſanguinitatis ac affinitatis Auſtriæ Archiducibus coniuncti ſint. Additæ quoque Mulieres Auſtriacæ abſq; ſobole maſcula relicta mortuæ cum maritorum Genealogijs ex Archiuis depromptis. Pars 4. demonſtrationes hiſtoricas habet, indicantes quo iure Auſtriæ Archiduces conſecuti fuerint varia Regna, ac Dominia. Vltima pars eſt in lib. 31. vbi per cap 17. commentariceè de Potentia Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ. Quibus ſic adnotatis, duo lector comprendet, primum eſt, me valdè erubeſcere, id quod meum non eſt mihi turpiter arrogare, propterea quod diſcernet planè omnia loca, quibus vſus ſum, phraſes, methodos, ordinem rerum, & id genus ſimilia, vt idcirco non ſine multa ratione collectoris nomenclaturam me vſurpaſſe crediderit. Alterum eſt circa 2. Fœminarum Auſtriacarum nuptarum claſſem, cui etiam illas vel prole muliebri tantum relicta, vel nulla, extinctas adidimus.

Vnde collector ſuā methodū in præſentibus deſumpſerit.

Recitat ſummum tom. 2. M. S.

Digitized by Google

Claſſis prior.

CONTINENS MATRIMONIA FÆMINARVM AVSTRIACARVM, QVÆ ALIORVM generum ſtirpes ac Rudolphi Habsburgici ſanguinem propagarunt.

SECTIO I.

QVÆ PRINCIPVM FAMILIÆ per Europam deſcendant ab Auſtriæ Archiducibus per lineam Fæminarum Rudolphi I. filiarum, nimirum Agnetis & Methildis.

STirpem eſſe Agnetem Priſcorum Saxoniæ Electorum, Methildem Electorum Palatinorum ad Rhenum, eandemque Catholicorum Ducum Bauariæ, Gutham Regum Bohemiæ, ac tandem clementiam antiquorum Badentium Marchionum (de Eliſabeth Rudolphi I. ſorore, ſtirpeque Burggrauiorum Noribergium, ac inde Electorum Brandeburgi, actum eſt ſuperius in Excurſus 2. Matrimonio 17) Archiua, inquit M.S. in citata ſumma, ſeu tabula, prodiunt.

Verum ſtatutum ordinem alium eſſe ab illo primi tomi, in quo priori loco Mechtildis, 2. Agnes, 3. Catharina, 4. Helvvigis, 5. Gutha (alijs Iutha ſiue Iuditha) & 6. Clementia elocantur, ſuperius in matrimonio Rudolphi I. oſtenſum eſt, vbi auctor hæc ſubdit explicatius. METHILDIS Ludovico Palatino Rheni Duci Bauariæ nupſit (cui Ludouicum Bauariæ ſuperioris Ducem poſtea Imp. & Rudolphum Palatinum Electorem peperit) anno D. 1273. AGNES eodem anno Duci Saxoniæ Electori, vnde Rudolphus, & VVenceslaus. CATHARINA Othoni Duci Bauariæ inferioris electo Vngariæ Regi 1276. HELVVIGIS Othoni, Othoni Longi Marchionis Brandeb. filio 1278. GVTHA VVenceslao Regi Bohemiæ, cui intra annos nouem liberos decem peperit inſigni fæcunditate, anno 1286. CLEMENTIA Carolo Salernitano Principi cognomento Martello, deſignato etiã Vngariæ Regi Caroli II. Andagauenſis Neapolis Regis filio anno 1281. quæ Carolum Robertum Neapolis, & Vngariæ Regem concepit. Hæc ille. Quia verò rationi temporum, quibus coniugia ſunt celebrata, correſpondet, & ſolum varietas eſt in Agnete, quam poſt Methildem ponit Roo, hancq; eodem an. 1274. cum illa atq; etiam cum Heluige nuptã.

Lib. 1. fol. 16. ad ann. 1274.

Deinde

Deinde Gutham ſponſam tantum 1277. idem Roo fol. 26. & alij, & tandem Clementia 1281. vt ex Genalogia apud M. S num. 7. liquebit. Quæ autem notat Gans circa hiſtoricorum controuerſiam, qua neque in numero filiarum Rudolphi 1. neque in maritis iſtarum, atque ordine natiuitatis ipſi conveniunt, in 1. Gentilitio excur. ij. poſſunt videri. Et licet Catharina, & Helvvigis (hæc apud Cuſpin. in Rudolpho vocatur Anna) nullius ſtirpis extiterint, nihilominus in ſortem commemoratarũ tam in bina corporis ſcilicet & animi egregia formoſitate, quam etiam in publico pacis bono ex earum nuptijs reſultante, enumerandæ ſunt. *Rudolphus* (aiebat Vernerus citatus Archiepiſcopus Moguntinus) *numerorum prolem, atque in ea tanta pulchritudine, & Chriſtianorum morum venuſtate ornatas habet filias, vt illæ Principes Imperij facile in ſui amorem pellicere, ac conſtantem inter eos pacem, & concordiam ſtabilire poſſint.* Vti & factum, addunt alij; etenim per ipſarum coniugia, de quibus ſingillatim agendum, vnde plures maximi Principes, & Reges prodiere, Pax quę multis iam annis miſerrimo illo interregno exularat, poſt liminio reducta, ac firmata. Tres porrò ex illis Antiſtite Moguntino præfato & ſummo Pontifice Eugenio X. adnitentibus, comiteque Zollerano mediatore, (vt Guillimanus) Aquisgrani tribus Electoribus ſunt elocatæ; tres deinde aliæ tribus Regibus deſponſatæ ſunt. Ita ipſemet Gans ann ad arb. 4. fol. 22. in principio. Ergo ad ſeriem matrimoniorum, & maritorum Genealogiarum.

In prælocutione.

Cuſpin. in Rudolpho.

MATRIMONIVM I.

Sereniſſima Agnes Habsburgiaca Rudolphi I. Imp. filia nupſit Alberto II. Duci, & Electori Saxoniæ 1274. Pontificatus Gregorij X. anno 4. Imperij vero Paterni 1.

TEmpus præſentis matrimonij quod apud Guill. vno anno minus eſt, paulo ante ex Roo adnotauimus. Albertus Agnetis maritus teſte Gans in radice Arboris 9. erat Elector anno 1311. vixitq; cum cõiuge ſua, poſt eũ 1327. defuncta, annos 33. obijt enim ipſe vt habeo ex M. S. lib. 30. num. 1. ex quo etiam præfatam mortem vxoris deſumpſi, anno 1297. In eiuſdem Arboris adnotatione ſub principio Gans aduertit, per Mechtildem Miſniacis Saxonibus, qui hodie Electoratus dignitate fulgent, ſanguinem Auſtriacum eſſe communicatum, antiquioribus verò per Agnetem ſororem Mechtildis. Orti fuerunt iſti antiquiores quemadmodum & Brandeburgenſes ex Aſcaniæ Comitibus, quorum genus ex Othone 1. March. Brandeburg. quem genuerat Albertus VRSVS dictus, qui Marchiam poſt obitum Briſlai Obotriti ex Stadenſibus Comitibus à Conrado Imperatore conſecutus fuerat. Illi

Gans ann. in arb. 9.

Digitized by Google

verò moderniores deſcenderunt ex Bernardo Othonis fratre, primo Saxoniæ Duce, creato à Friderico I. anno 1180. poſt Guelphones proſcriptos. Nepos Bernardi ex filio Alberto I. Saxoniæ Duce Albertus II. Elector, ac maritus Agnetis Habsburgicæ &c. Ex hoc matrimonio, vt colligo ex eodem Gans, nonniſi progeniem propagantes Rudolphus I. Elector natus eſt, ſimiliter & Anna ſecunda coniux Henrici Mechelburgici, Leonis cognomento. Maſculam prolem tantum perpendens huius coniugij autor M. S. relinquenſque fæmineam, conſtituit per eam ſimplicem derivationem priſcorum Saxoniæ Electorum, ac eorum ſtirpem Agnetem Habsburgicam; neque vllam mentionem facit de Anna, ac de eius poſteritate. Quamobrem ſupponendo prædictam Annam ex Agnete genitam, maxima cum induſtria, & arte incidere fecit illã Gans Genealogiã, cui titulus, Arbor IX. exhibens poſteros Agnetis filiæ Rudolphi I. Imperatoris. Hanc ego modo principaliter ſequar, vtens etiam annotatione, in eandem ab eodem iacta auctore, eximenſque illam ab aliqua obſcuritate, & confuſione, vt clariori, & ordinatiori intellectu percipi poſſit.

Agnes Habsburgica quæ obijt 1322. cum Alberto II. Saxoniæ Duce, & Electore 1297. extincto genuit proles duas, Rudolphum I. ſeniorem & Annam, quibus VII. ſtirpes propagauit.

1. Per Rudolphum ſtirps eſt Agnes antiquorum Electorum Saxoniæ, & etiã modernorum Principum Analthinorum.

2. Per Annam ſtirps eſt recenſiorum quoque Ducum Holſatiæ Sundeburgicæ. Regum Daniæ, Principum Sueciæ, Ducum Holſatiæ Gottorpiæ, Ducum Mechelburg.

Demonſtratio I. Puncti.

RVDOLPHVS I. Saxoniæ Dux & Elector, filiuſque Agnetis Habsburgicæ trium Imperatorum HENRICI, FRIDERICI contra Ludouicũ, & poſtremò CAROLI IV. electioni interfuit. Valdè ſenex obijt 4. idus Martij 1356. Vxor Iutha, filia Othonis Longi Marchionis Brandeburgici. Maſculi 3. RVDOLPHVS II. Elector militauit in Gallia cõtra Eduardum III. 1346. Templum Collegiatum VVittembergæ inſtituit 1357. & ſine liberis 8. idus Decembr. 1370. obijt. OTHO Dux Saxoniæ, cui vxor VVilhelmi Lunæburgenſis filia obijt 1359. genuitque Albertum, qui Lunæburgum, expulſo à Carolo IV. Imperatore Magno Torquato, occupauit, & in oppugnatione arcis Rikliacenſis ſaxo percuſſus etiam ſine liberis obijt 1385. VVENCESLAVS fratri Rudolpho in Electoratu, & Othonis filijs in Lunæburgenſi ditione ſucceſſit: vulneratus in obſidione Zellen anno 1388. paulo poſt obijt. Fæmina vna Rudolphi I. genita, nepoſque Agneti nomine BEATRIX, de qua paulo poſt. Filij VVenceslai duo.

Digitized by Google

RVDOLPHVS III. Elector veneno ab inuidis ſublatus 1419. Et ALBERTVS vltimus VVitebergæ, qui obijt 1422. Rudolphi III. coniux, vt habet M. S. Barbara Lignicenſis, ex qua orta Barbara, nupta Ioanni Marchioni Brandeburgico, Friderici I. Electoris filio. Gans veró dicit, filij Rudolphi III. in adoleſcentia Tunis ruina in arce Schvvenicia extincti ſunt anno 1406. Albertus III. (inde ſubdit) fratri Rudolpho III. in Electoratu ſucceſſit, in incendio nocturno in ruſtica caſula, vbi in venatione pernoctarat, territus ſine prole obijt 1422 & tunc Electoratum Sigiſmundus nepoti Methildis Bauariæ, & Friderici Miſniaci, Friderico ſcilicet Bellicoſo contulit &c.

At M. S. nulla facta mentione de Beatrice, à Gans adducta, vt preſto videbitur, in Barbara commemorata lineam Alberti II. mariti Agnetis terminat. Et quia in altero illius tabulæ latere collocat Ioannem, prædicti Alberti II. fratrem primogenitum, ſequitur eius lineam hoc modo. IOANNES primogenitus ſtirps Ducum Saxoniæ Angariæ & VVeſtphaliæ, in Louenburg aulæ ſedem habentium, obijt 1285. IOANNES eius filius II. obijt 1310. Huius duo filij poſtremi Ioannes III. & Albertus: primogenitus verò ERICVS I. elegit Ludouicum Bauarum obijt 1338. ERICVS II. elegit Guntherum Schvvarzburgenſem: amittit Borgerdrop 1349. obijt 1401. Eius frater Albertus obijt 1344. ERICVS III. ſecundi filius cum Lubecenſibus, & Hamburgenſibus bellum geſſit 1418. obijt 1419. Primogenitus ERICVS IV. à Sigiſmundo Imperatore in collatione electoratus Saxoniæ præteritus. Obijt 1435. Tertius Albertus Canonicus Hildes. Quartus Otho. Quintus Magnus Epiſcopus Caminenſis. At ſecundus propagauit ſtirpem in hac linea, nempè BERNARDVS 1464. extinctus: ex eo enim ortus IOANNES qui obijt 1507 Ioannis filij tres, quorum prior Ericus Epiſcopus Monaſterienſis 1508. obijt 1522. poſtremus item Epiſcopus Hildeb. Ioannes nomine 1504. pulſus 1522. extinctus 1547. Secundus MAGNVS obijt 1543. reliquit FRANCISCVM cuius mors 1581. cuique filij quinque 1. Magnus, 2. Franciſcus gubernator patriæ, ac duarum coniugum maritus, Margaritæ filiæ Philippi Ducis Pomeraniæ 1574. mortuæ 1581. & deindè Mariæ, Iulij Brunſuicenſis filiæ. 3. filius Henricus Archiepiſcopus Bremenſis. 4. Fridericus Chorcolonienſis qui obijt 1586. 5. Mauritius. Hucvſq; M. S. ſed valdè ſiccè, & obſcurè, imò niſi in hac eadem Ioannis Alberti II. mariti Agnetis Habsburgicę, fratris nepos Beatrix commemorata inſtar alicuius poſteri vxoris ſobolem propagantis ſubintelligatur, certè nihil ad propoſitum ex ea parte in hac materia. Neque tamen ſubintelli poſſe, Gans ſeries nos docet. Niſi dicamus, ſcriptorem illum maſculam progeniem tantummodo ſecutum, ad oſtendendum, vt propoſuerat, antiquorum Electorum Saxoniæ progeniem, & nullà aliam, ac ſanguine Ioannis primogeniti patefacere voluiſſe eandem ſtirpem, interciſa Rudolphi III. ſupradicti linea, fraterno tramite ſubintraſſe. Gans vero in vtroque ſexu Rudolphi I. Imp. ſtirpem fœminarum Habsburgi- Nota.

carum Auſtriacarum coniugij plurimis alijs familijs propagatam in toto illo ſuo Arboreto ingenioſè commonſtrat.

Beatrix ergo, vt ad Gans revertamur, filia Rudolphi Ducis, & Saxoniæ Electoris Alberto iuniori, Anhaldino Principi nupſit, & Auſtriaci ſanguinis participem fecit. Fuit hic Albertus iunior Henrici I. Saxoniæ Electoris pronepos, abnepos Bernardi I. à Friderico I. Saxoniæ Ducis creati. Idemet cum fratre ſuo VValderamo arcem Deſſauienſem extruere cæpit, poſtquam ex captiuitate Aldenburgica, in quam ipſe Fridericum *Admorſum* Thuringiæ Landgr. trahebat, liberatus eſt.

Anhaltinorū genus.

Ioannes filius Beatricis. Vxor Eliſa filia Comitis ab Hennb. Fæmina adeo moleſta, & rixoſa viro ſuo, vt in exilium hic abierit, & quo locorum obierit, ignoretur.

Sigismvndvs, quem Ioannes genuerat. Vxor Iutha filia Gerardi Comitis Querfurt: Frater vero Albertus cum quo pro iure ſuo in Marchiam Brandeburgenſem 6000. aureorum accepit, & ea à Ludouico Imperatore filio ablata eſt; Ditionibus deinde diuiſis diuerſa etiam ſtudia ſecuti ſunt. Sigismundus bella amplexatus, & primum quidem feliciter contra Magdeburgenſes geſſit: in ſecundo verò contra Ioannem Naſſouium Archiepiſcopum Moguntinum, partes Friderici Brunſuigcenſis, & Luneb. Ducis, & electi Romanorum Regis defendens, hoc ad Frizlariam occiſo, & ſocero Rudolpho III. Saxoniæ Electore capto, vix euaſit: mortuus deindè Semeſti anno 1405. Reliquit Ioannem Præpoſitum Merſpurgenſem & Georgium Principem Anhaldinum; quorum tutor fuit Albertus, patris eorum frater mortus 1424.

Georgivs vbi adoleuit *Bernardi VII.* Bernburgicæ ſtirpis, bona ſua adiecit; & Rudolphum ſub Maximiliano I. duplici victoria reportata clarum genuit: victus vero à veneno Veronæ 1474. & ibidem in Dominicanorum templo humatus. Vxor Anna filia Alberti Comitis Rupinenſis. Ex nouem filijs relictus ſtemmatis propagator

Ernestvs, qui Deſſauiæ templum Parochiale extruxit & ibidem 1516. extinctus ſepultus. Vxor Maria, filia Henrici Ducis Munſterb. Filius.

Ioannes cum fratribus Georgio, & Ioachimo ſumma in concordia vixit ac ædificijs ditionem exornauit, & ad alia ſubditis, ligna petentibus, libenter conceſſit, dicens: male ſe homines ſibi cohabitare, quam cum beſtijs ſub arboribus in ſyluis latere. Vxor Ioannis, qui obijt 1551: Margarita, filia Ioachimi I. Electoris Brandeburgici. Eius genitus, & ſucceſſor

Ioachimvs Ernestvs, cui vxores duæ, Agnes, filia VVolfgan. Com. Bar. & Leonora, quam Dux VVirtenber. genuit. Ex hac ſex filios & quatuor filias ſuſcepit; ex prima vero Ioannem Georgium, & Chriſtianum ſeniorem dictum, reſpectu nepotis ex fratre, qui tamen ipſe ſenior etiam ratione cognominis filij appellatus. Hic cum

Neo-

patre Bohemorum Generali contra Cæſarem militauit, captus & Neoſtadi, ac Viennæ detentus tandem ſupplex ueniam petijt, & impetrauit 12. Decembris anno 1621. ſicut & parens ij. Iunij 1624. eandem obtinuit. Ita Gans, vbi aduertendum, vocem illam *Hic* referri debere ad Chriſtianum iuniorem ſenioris filium. Obijt Ioachimus Erneſtus 1586.

Ioannes Georgius duxit primò Dorotheam filiam Ioannus Alb. Comitis Mansfeld, ſecundo alteram cognominem, & ex Ioanne Caſimiro Palatino genitam. Liberi Ioannes Erneſtus natus 1591. Chriſtianus iunior 1594. Ioannes Caſimirus 1596. Hactenus Gans in priori dextrorſum collocato illam arboris 9. ramo, ac ſimul de Principorum Anhaltinorum progenie.

Demonſtratio II. Puncti.

Anna Agnetis Habsburgicæ filia. Coniux Henricus cognomento Leo, Dux Mechelburgicus 1329. qui taliter idcircò vocatus, quod in ſylua Boemica, cum reliqui commilitones ſui fugerent audita fama de Imperatoris Auſtriaci aduentu, ipſe ceu Leo intrepidus aduentum eius expectaret. Atnepos fuit iſte Leo Pribislai vltimi Obotritorum vel Herulorum reguli, & Megapolenſium Dynaſtæ, qui baptizatus 1172. deinde Luneburgi ex caſu in equeſtri certamine obijt 1578. Eius tritauus *Miſleuonius* Herulorum Rex xxviij. & huius *Albericus* Rex eorundem xxj. Pronepos *Genſerici*, Regis VVandalorum, & Herulorum xviij. Dynaſtę Megapolenſium. Obijt Henricus Leo 1319. ſepultus in Debram. Ex ſecunda Vxore *Anna* prædicta, ſorore Rudolphi I. Saxoniæ Electoris (duæ aliæ ei coniuges, prima Beatrix Alberti March. Brandeb. filia, tertia Vidua VVislai Principis Rugianorum) nati ſunt filij duo, quos Carolus IV. Imperij Principes creauit 1348. Illorum alter Ioannes, cuius progenies ex Vlrico Duce Stargartenſi ad nepotem tantum eiuſdem nominis peruenit, qui filias tantum reliquit Magdalenam, primò Vratislao I. Duci Pomeraniæ, deinde Burcardo Comiti Barbienſi nuptam, & Engelbergam vxorem Euuerbini Comitis de VVerthem, atque Eliſabetham Abbatiſſam in Dolbertin. At primogenitus Annæ

Mechelburg. Proſapia.

De Henrico cognomento Leone.

Albertus Ericum ſecundum Saxoniæ Ducem prædonum receptatorem valdè afflixit. Magnum Torquatum Brunſ. prælio ſuperauit, bellum cum Ludouico Romano coniugio filiæ ſuæ Ingelburgæ compoſuit mortuus 1380. Præter dictam filiam, & Annam Adolphi Comitis Holſatiæ coniugem, genuit etiam cum Euphemia filia Magni Regis Sueciæ Albertum Sueciæ Regem mortuum 1314 (huius filius vnicus Ericus ἄπαις mortuus) & Henricum qui obijt illiberis, at ſolum tertius

Digitized by Google

MAGNVS Dux I. Mechl. 1384. creatus ſtemma propagauit, & Aquisgrani mortuus. Vxor Agnes filia Comitis Rugiæ. Filius huius

IOANNES auxilio Alberti patruelis, & Senatus Roſtochiani ibidem Academiam fundauit. In Sueciæ Regem electus, in Regno adeundo morte præuentus eſt 1423. Vxor Catharina, filia Erici III. Ducis Saxoniæ

HENRICVS *Pinguis* Guſtrouium cum VVandaliæ principatu accepit poſt obitum VVilhelmi vltimi Principis 1430. & obijt 1477. vt in arbore citato Gans, ſed in commentario triginta anni minus. Vxor Dorothea filia Friderici Electoris Brandeburg. Ex 4. filijs

MAGNVS huius nominis II. in annot. Gans, in arbore verò (ſed error eſt iconographi) tertius. Obijt 1503. Vxor Sophia Henrici II. Pomeraniæ Ducis filia

ALBERTVS filius corpore, & ingenio magnus fratri Henrico, Lutheri inductori ſine filijs defuncto, ſucceſſit. Chriſtianum II. Daniæ Regem è captiuitate liberare conatus eſt, ſed irrito conatu: mortuus maior ſexagenario 1547. Vxor Anna filia Ioachimi Electoris Brandeburg.

IOANNES ALBERTVS Roſtochium obſedit, & Academiam ibidem conſilio fratris Vlrici auxit. Obijt 1576. Vxor Anna Sophia filia Alberti Ducis Pruſsicens.

IOANNES filius ante patruum Carolum vita functus, ideoque hic pro liberis Ducatum adminiſtrauit. Obiit 1592. Vxor Sophia filia Adolphi Ducis Holſatiæ.

ADOLPHVS FRIDERICVS natus 1589. Vxor N. Comitiſſa Friſiæ. Frater Ioannes Albertus natus 1590. I. Vxor N. Duciſſa Mechlb. 2. N. Landgrauia Haſſiæ. Vſque ad Adolphum Gans ſcripſit, vltimum tunc temporis, ac ſuperſtitem ſtirpis Ducum Mechelburg propagatorem.

Nunc redeundo ad Annam, Henrici cognomento Leonis filiam, per eam deducimus ſtirpes 4. videlicet Ducum Holſatiæ Sundeburg. *Regum Daniæ, Principum Sueciæ, Ducumque Holſatiæ Gottorpiæ.* Deductio eſt huiuſmodi.

ANNA filia Henrici Leonis nupſit Comiti Holſatiæ *Henrico Ferreo*, ita ſine dubio ob multa bella quæ geſſit cognominato. Illud verò in primis de ipſo memorabile, quod Leo cum ab inuidis delatoribuſque in Anglia laxaretur, vt ipſum dilaniaret, ad eius conſpectum, & verba, quibus cani eorum Leone ſilentium imperabat, territus abſceſſerit; poſtea ingreſſus cancellos, ſertum de capite ſuo Leoni impoſuit, & ad Anglos ait: Si quis inter vos nobilior me eſt, ſertum hoc de capite eius referat. Reduci in Holſatiam Regnum Sueciæ à proceribus ob neglectam ſororem ſuam Eliſabetham ab Haquino Rege expactis ſponſalitiis oblatum eſt: Sed illud Alberto affinis ſui filio detulit. Obiit 1381. Filius

Nota.

Digitized by Google

GERARDVS V. Holſatiæ comes, Dux I. Schleſvvicenſis à Margarita Daniæ Regina inueſtitus. Obiit trucidatus cum 12. equitibus auratis & 300. nobilibus in bello contra Hamburgenſes 1404. Vxor Catharina filia Magni Torquati, Ducis Brunſchvv. & Luneburg. Filij, *Henricus* de ſententia Sigiſmundi Ducatu Schleſvvicenſi priuatus, obiit lancea militari confixus 1427. ſponſa eius non ducta Duciſſa Brandeburg. & Luneburg. *Adolphus VIII. Gerardus VI.* obiit 1433. eius Vxor Anna Bernardi II. Marchionis Badenſis filia. Adolphus verò à Deo punitus & propter crimen in cognatam ſuam Annam, quam adulterij accuſauit, quod ſeptimo menſe gemellos peperiſſet, & quia Henricum fratris ſui Gerardi filium ex naui piſcatoria lapſum ſubmerſit, & ſororem eiuſdem Catharinam in Prezenſe monaſterium incluſit, ἄπαις etiam obiit 1448. Ac Ducatus Sleſuicenſis, quem poſt multa bella pro eo geſta vt feudum à Chriſtophoro Daniæ Rege acceperat, ad eandem coronam recidit. Soror horum

HEDVVIGIS primum Balthaſari Megapolenſi ἄπαις deinde Theodorico Fortunato, comiti Altenburgio, & Delmenhorſtenſi nupſit 1440. Ex hoc

CHRISTIANVS I. Rex Daniæ 1482. fauore Adolphi auunculi, à quo educatus &c. Vxor Dorothea filia Ioannis March. Brandeburg. Obiit Rex, quem idem auunculus Ducatus Scheluicenſis ac Comitatus Holſatiæ, in Ducatum à Friderico II. Imperatore dum Romam Religionis ergo peregrinaretur transformauit, hæredem declarauerat. Filius teſtamento reliquit Ioanni Regnũ, & Friderico Ducatus. Regnum Daniæ ſoboles.

FRIDERICVS I. Rex Daniæ fratris filium Chriſtianum II. Regno expulit, & Lutherum induxit mortuus 1533. Vxores duæ, Anna filia Ioannis Elect. Brandeburg. & Sophia filia Buslai Ducis Stetinenſis. Ex hoc Friderico deducuntur ſtirpes quatuor per filios duos hoc modo.

CHRISTIANVS III. Rex Daniæ Friderici I. filius ex prima coniuge in Regnum patri ſucceſſit 1559. Vxor Dorothea filia Magni Ducis Saxoniæ inferioris.

FRIDERICVS II. Rex Daniæ frater Chriſtiani III. Vxor Sophia, filia Eliſabethæ matertera ac Chriſtiani III. ſororis. Filius

CHRISTIANVS IV. Rex Daniæ. Vxor Anna Catharina filia prima Ioachimi Friderici Electoris Brandeburgici. Liberi quinque

CHRISTIANVS V. Rex Daniæ, Fridericus, Vlricus, Fridericus alter, Sophia, Eliſabetha. Hucuſque Gans de Regibus Daniæ proſapia. Advertendum ex eodem in annot. Chriſtianum III. patri regno ſucceſſiſſe, eundemque 1559. in Calendis Ianuarij hora quinta veſpertina filio Friderico II. reliquiſſe: & hunc 1588. filio Chriſtiano IV. Primam verò originem Reges hi trahunt à VVidechindo Magno Saxonum Rege per nepotem huius VValbertum Comitem Ringelheimenſem, ſicut & Othones Imperatores per fratrem huius Brunonem. De primo Regnum Daniæ origine.

Digitized by Google

Progenies deinde Principum Sueciæ deducitur ex eodem Friderico I. Rege Daniæ, nam eius filius

Principum Sueciæ deductio.

Adolphvs Chriſtiani III. Regis Daniæ frater Carolo V & Philippo filio in Belgio militauit. Obijt 1586. Vxor Chriſtina filia Philippi Landgrauij Haſſiæ. Filia

Christina Kilonij 1573. 12. Aprilis nata nupſit Carolo Sueciæ Regi 1611. Ioannis III. Suecorum Regis fratri, ac Guſtaui filio, qui cum fratris filius *Sigiſmundus* in Regem etiam Poloniæ electus, Regnum adijſſet, à ſuis Sueciæ Rex appellatus. Filius

Gvstavvs Adolphus Rex Suecorum, qui in Germaniam euocatus poſt occupatum, & deuaſtatum imperium ad Luzam in prælio occiſus occubuit 1632. Vxor Maria Eleonora filia Ioannis Sigiſmundi Electoris Brandeburg. Filia vnica.

Vide coniunctionem proximiorem in parte I, Diuiſ. 4. fol. 97.

Christina Regina Sueciæ nata 1625. nunc verò Catholica, ſed de ea multa ſuperius, & alibi Latinè, & Italice ſcripſimus. Hodie regnat ſobrinus, ac patruelis ſuus, cui pro fidei Romanæ amore regna tradidit. Nunc occupatus bello Polonico, probabiliter creditur, ab armis Auſtriacis totaliter vincendus expulſuſue, atque Regnum illud, à tanto hoſte inuaſum, & ferè in exterminium redactum Auguſtiſſimæ ac Catholicæ Domui Auſtriacæ hæreditario deuoluendū, quemadmodum, vt fertur, Polonici optimates, nondum Ferdinando Cæſare è viuis ſublato, decreuerunt.

Ducū Holſ. Sundeburg.

Stirps Ducum Holſatiæ Sundeburgicæ prouenit ex filio Chriſtiani III. Regis Daniæ ac filij Friderici I. Eius nomen

Ioannes Iunior, cui vxores Eliſa filia Herneſti Ducis Brunſchvvicenſis, & Agnes Analtina. Ex I. coniuge Chriſtianus Erneſtus & ſex fratres. Dorothea Friderico Lignicio nupta, & ſeptem ſorores. Ex 2. *Ioannes Georgius*, hic hæres, & duo fratres. Dorothea Sibilla, & tres ſorores.

Ducum Holſat. Gottorp. ſanguis

Stirps Ducum Holſatiæ Gottorpiæ deriuatur hoc modo.

Ioannes Adolphvs Pronepos Friderici I. Regis Daniæ ex filio Adolpho commemorato. Natus 1575. mortuus 1616. Vxor Auguſta filia Friderici Regis Daniæ. Filius

Fridericvs natus 1597. Dux Gottorpiæ. Hic finit Gans in illa arbore 9. qua vſi ſumus in cæteris familijs iam ſufficienter in hac 2. puncti demonſtratione explicatis.

MATRI-

Digitized by Google

MATRIMONIVM II.

Sereniſſima Methildis Habsburgica Rudolphi I. Imp. filia, & tertia vxor fuit Ludouic. II. ſenioris Ducis Bauariæ ſuperioris, & Rheni Palatini Electoris 1274. quo etiam anno nupſit Agnes ſoror commemorata.

DE coniuge Methilde vt facilius cognoſci poſſit Bauariæ Ducum, & Palatinorum origo, hæc pauca mihi P. Gans in annot. Arb. 6. exhibet. *Ludouicus*, cui Methildis nupſit, *Senior* appellatus, fuit natus ex *Othone IV.* vtriuſque Bauariæ Duce, & *Agnete* Henrici Saxonis & Palatini Electoris filia, quæ Palatinatum Rheni Othoni attulit. Otho hic filius fuit Ludouici I. Ducis Bauariæ, nepos Othonis Maioris, (qui à Friderico 1. creatus Dux Bauariæ in locum proſcripti Henrici Leonis) trinepos Othonis 1. Palatini Bauariæ & Schyrenſis Comitis ab Henrico II. Imp. creati, & Kelheimenſi ditione donati. Abauus huius fuit Arnolphus Rex Bauariæ poſt patrem ſuum Arnolphum malum, Imperatoris Arnolphi, vel vt Reusnerus, Leopoldi ex Caroli Magni proſapia filium, à Diabolo, vt quidam volunt, abreptum, alij inter prandendum ſpina piſcis in trancheam arteriam illapſa dicunt ſuffocatum. Sed ob rebellionem ab Othone I. Imp Bauaria priuatus, & hæc Henrico Rixoſo collata, contra quem pugnans circa Ratisbonam telo confoſſus eſt 953. Arnolphus uerò Imperator abnepos fuit Caroli Magni, et hic atnepos S. Arnolphi ex Dota, filia & hærede Caroli Hasbanię Principis: Ipse Arnolphus atnepos fuit Pharamundi V. Franciæ Orientalis Ducis, qui hac fratri relicta per arma Regnum Galliç ſibi vindicauit, eiusque Rex VVirteburgi eſt coronatus 419. 8. Cal. maij.

Bauariæ Ducum, & Palatinorum origo.

LVDOVICVS porrò Methildis coniux reſedit Monachij, et in odiū Anguſtenſium condidit arcem, & oppidum Fridbergam. Tres ei coniuges, *Maria* Brabantina D. Eliſabethæ conſanguinea ob falſam ſuſpicionem ſecuri percuſſa. *Anna* Conradi Ducis Elogouienſis in Sileſia filia, ex qua etiam Ludouicum genuit, maritum Annæ Lotharingicæ, defunctumque in haſtiludijs confoſſum 1282. *Methildis* Habsburgica tertia vxor. Liberi cum hac *Rudolphus* Palatinus Rheni, & Elector ex Guill. ſuperius citato, vbi poſt fratrem eum ponit, & *Ludouicus* Imperator, cui primogenita præter mares matri cognominis. Per hos ergo mares parens Methildis, & per neptem cognominem primum ſtirps eſt Electorum Palatinorum, qui hodie regnant, ac deinde aliarum per illuſtrium progenierum.

Demon-

Demonſtratio I.

METHILDIS PER PRIMOgenitum Rudolphum ſimul cum genere Electorum Palatinorum, qui hodie regnant, eſt quoque Heidelbergenſis, Lutzelſteina, Neoburgica, Bipontina, ac Spanheimenſis.

M. S. num. 2. IGitur LVDOVICVS Elector poſſidebat totum Palatinatum Rheni vna cum Bauaria tota. Obijt 1294. Vxor Methildis Rudolphi Romanorum Regis filia, anno eodem extincta iuxta M. S. ſed perperam iuxta Roo lib. 2. vbi ſub annum 1304. in quo deceſſit cognatus eius Bohemiæ Rex S. VVenceslaus, perijſſe eam ſcribit, Primogenitus

RVDOLPHVS Palatinus Rheni Elector. Vxor Methildis filia Adolphi Naſſouij Imp. ab Alberto I. Imp. Auſtriaco in prælio victi, & occiſi. Obijt expulſus à Ludouico Cæſare fratre, quod Friderico Auſtriaco auunculo adhæreret, in Anglia 1319. liberi 4.

Gans ad arb. 6. *Methildis* nupta, vt quidam putant, Ioanni Comiti Spanheimio, & tres Electores, RVDOLPHVS II. cæcus cognominatus, parenſque ex Anna, Duciſſa Carinthiæ, filia Conradi Annæ, vel Agnetis, vxoris Caroli IV. mortuus 1327. *Rupertus* I. Rufus, qui vti & frater patri in Electoratu ſucceſſit. Obijt 1385. Tertius

ADOLPHVS Simplex, Princeps quietis & pacis amator partem ſuã inferioris Bauariæ, Ioanne vita functo, Ludovico Cæſari reliquit, & cum eſſet ſecundò genitus, Electoratum fratri tertio Ruperto (vti hic illum perſuaſerat) ceſſit. Obijt iuxta M.S. citatum 1389. In arbore Gans 1485. ſed mendum eſt eiconographi. Filius tamen eius illis ſine prole maſcula defunctis.

RVPERTVS II. cognomento *Paruus* durus etiam & Brandit in Electoratu ſucceſſit. Obijt 1389 Vxor uerò Beatrix Federici Siciliæ Regis (Gans Petri Regis Aragoniæ & Siciliæ) filia 1395. Filius

RVPERTVS III. Romanorum Rex *Clemens* cognomine obijt 1410. Vxor Eliſa, ſeu Eliſabetha Friderici Burgrauij Norib ergenſis filia. Ab iſthoc Ruperto Cæſare per duos eius liberos tantum ex 6. quos ille genuerat, deducuntur poſteritates ſupradictæ, ut paulo infra patebit, ſimul cum præſenti de qua agimus.

LVDOVICVS IV. Barbatus & cæcus cognomento, & etiam *Pius* propagauit ſtemma Electorum: Princeps pace inclytus, ac Conſtantienſis Concilij 1415. præfectus. Senex literas Latinas didicit, obijtque ſecundum Reuſner. 1438 ſecundum Albiz 1449 ſecundum M. S. noſtrum 1436. Vxores duæ, quarum prior Blanca Henrici Regis Angliæ filia,

filia, altera Methildis, quam Ludouicus Princeps Sabaudiæ Gans expreſſius (nulla facta mentione de priori) Amadæus VIII. Dux Sabaudiæ genuerat. Filius primogenitus

LVDOVICVS V. Iunior à moribus *Mitis* dictus, etiam & *Virtuoſus* in iuuentute obijt vel 1438, iuxta Gans, vel ut alijs placet apud M. S. 1449. Vxor Margarita Amedæi Principis Sabaudiæ (Gans Amedæi VIII. Sabaudiæ) poſtea electi Papæ filia. Obijt 1479. Filius

PHILIPPVS Poſthumus cognominatus *Ingenuus*, proſcriptus à Maximiliano Imp. multùm ſuæ ditionis perdidit. Tutor huius & vice-Elector fuit patruus *Fridericus*, vocatus *Victorioſus*, quod cum prælio tres Principes VVirtembergenſem, Badenſem, & fratrem huius Carolum Epiſcopum Metenſem vicerit, cæperitque. Philippo in Electoratu ſucceſſit filius *Ludouicus VI.* de novo foro, & huic Fridericus II. cognomēto *Pius*, melius verò impius, quod vera abolita religione, falſam in Palatinatū induxerit, mortuus 1556. Vxor Philippi poſthumi, qui obijt 1508. Margarita Ludouici Diuitis Bauariæ Ducis filia, ex qua multos liberos procreauit, defuncta 1501.

RVPERTVS ſecundo genitus cum patre proſcriptus, pænas luit. Obijt victus in bello veneno necatus 1504. ſimul cum coniuge Eliſabetha, filia Georgij Diuitis Ducis Bauariæ, pro cuius hæreditate arma in Cæſarem Maximilianum mouerit.

OTHO HENRICVS de Neuburg filius Ruperti patruo in Electoratu ſucceſſit ſimul & noua religione, & vt ille ſine liberis à Deo ex hac vita euocatus 1559. Frater huius Philippus Viennam contra Turcam vicies eam oppugnantem cum immortali laude defendit. Deinde Vlricum VVirtembergicum in ſua reducens, ad Lauffam in pede vulneratus. Obijt 1548. Vxor Othonis Henrici Suſanna Alberti Bauariæ Ducis filia, Caſimiri Marchionis Brandeburg. vidua mortua 1543. Reciſa hac linea, in Electoratū ſucceſſit *Fridericus III.* abnepos Stephani Bipontini, vt ſtatim apparebit.

STEPHANVS Comes *Bipontinus & Obrincanus* ex coniuge illarum ditionum hærede, ſicut frater *Pipan* vocatus, Sponhemium cum Eliſa filia Ioannis vltimi huius Comitis accepit, & ab hoc ſine liberis moriente Stephanus, filius Ruperti Imperatoris. Vxor eius Anna filia Friderici vltimi Comitis in Veldenz. Obijt Stephanus 1444. Et quidem longe felicior eius ſtirps, & ſucceſſio; nam per duos filios eius, & ipſe trinepos Methildis Habsburgicæ, hæc ad ſucceſſores & ad alios Principes per diuerſos tramites ſtirpem patris transfundens, fit ſimul Heidelbergenſis, Lutzelſteina, Neoburgica, Bipontina, Spanheima. Quod clarè liquet ex arbore citata Gans, vbi dextrorſum linea Electorali poſt Stephanum immediate germinat filius eius **Heidelbergenſis.**

FRIDERICVS III. comes Palatinus & in Spanheim Elector Abnepos Stephani Bipontini. Hic Fridericus Caluini placita in Palatinatum induxit, quo verò ſucceſſu exitus pronepotis probauit. Obijt 1576.

Vxor 1. Maria filia Caſimiri Marchionis Brandebur 2. Amelia Comitiſſa Neuenar. Filius ex priori coniuge

LVDOVICVS VII. Elector obijt 1583. Vxor Eliſabetha filia Philippi Landgrauij Haſſiæ, obijt 1582.

FRIDERICVS IV. Elector, obijt 1610. (Albiz 1611.) Vxor Ludouica Iuliana, filia VVilhelmi Comitis Naſſouij.

FRIDERICVS V. Elector depoſitus. Vxor Eliſabetha filia Iacobi Regis Angliæ. Filij, Carolus, Robertus, Henricus, Fridericus, Carlotta, Loyſa. Hic finit Ganslineam prædictam, vti poſtremò eminet inſcriptio *Heidelbergenſis*.

LVDOVICVS Niger alter filius Stephani Bipontini ad alios Principes quadrifariæ Stemma propagauit. Obijt 1489. Vxor Ioanna de Croy.

Lutzelſteina. ALEXANDER Bipontinus obijt 1514. Vxor Margarita filia Graffſonis Comitis Holienloe. Ex hoc dúo filij, quorum alter lineam efficit *Lutzelſteina* hoc modo.

RVPERTVS in Lutzelſtein obijt 1544. Vxor Vrſula Rheingraffia.

GEORGIVS IOANNES obijt 1592. Vxor Anna Maria filia Regis Sueciæ.

GEORGIVS GVSTAVVS obijt 1634. Vxor Maria Eliſa filia Ioannis Comitis Palatini.

IOANNES FRIDERICVS natus 1604. Alter Alexandri Bipontini filius

LVDOVICVS Bipontinus obijt 1583. Vxor Eliſa filia VVilhelmi Landgrauij Haſſiæ

VVOLFGANGVS Bipontinus obiit 1569. Vxor Anna filia Philippi Landgrauij Haſſiæ. Filii tres, ex quibus lineæ Ducum Neoburgenſium, Bipontinenſium, & Spanheimenſium. *Prima linea*

Neoburgenſis. PHILIPPVS Ludouicus obijt 1614. Vxor Anna filia VVilhelmi Ducis Cliuiæ.

VVOLFGANGVS VVilhelmus. Vxor Magdalena filia VVilhelmi Ducis Bauariæ

PHILIPPVS VVilhelmus natus 1615. *Secunda linea*

Bipontinea. IOANNES Bipontinus. Vxor Magdalena filia VVilhelmi Ducis Cliuiæ.

IOANNES Bipontinus, & trex fratres. Vxor Luyſa Iuliana Friderici IV. Electoris Palatini filia. *Tertia linea*

Spanheim. CAROLVS de Spanheim. Vxor Dorothea, filia VVilhelmi iunioris ducis Brunſuic.

FRIDERICVS Georgius VVilhelmus natus 1596. *Chriſtianus 1598.*

De-

Digitized by Google

Demonſtratio II.

METHILDIS HABSBVRGICA præfata per ſecundo genitum Ludouicum Impp. ſtirps eſt Catholicorum Ducum Bauariæ, & per hoſce Electorum Colon. & Bau. Principum ab Hohenzollern, Ducum Mantuæ & Mutinæ, Marchionum Brandeb. Principum Tranſyluaniæ, Electorum Brandeburg. Marchionum Onſpac. &c.

DOmus Bauarica Auſtriacæ iuncta per Methildem maſculorum lineam per ſuos filios *Rudolphum* prædictũ & *Ludouicum* Cæſarem feliciter propagauit. Hic (ait Gans) uix ſeptemnis patrem amiſit, & Viennæ ſub tutela matris educatus fuit. Vbi adoleuit humaniſſimus Princeps cunctis amabilis uiſus dum obuios quoſque ſalutaret, & alloqueretur. Vnde poſt mortem Henrici VII. Francofurt ab Electoribus Cæſar eſt appellatus 15. Cal. Nou. 1314. Rudolpho tantũ fratre, & Henrico Colonienſi Archiepiſcopo refregantibus, qui Fridericũ Auſtriacum nõ promouebant. Venenũ, quo aliquoties tentatus uomitu excuſſit, cum uero ultimò nequiret, uenationem ingreſſus, urſum ingentem offendit, quem cum impetu quodam uiriliter peteret, de equo præcipitatus, corpus graui colliſione conquaſſauit, ac deinde 5. idus Octob. 1347. obijt, & Monachij ad D. Virginem ſepultus eſt. Hactenus Gans, licet ſuperius aliter proditum ſit de morte Ludouici ex Guillimanno, & Nauclero. Igitur ut breui ordine hanc 2. demonſtrationem exhibeamus, illam Gans 7. arborem hoc modo ſequendam & enucleandam curaui.

Gans. annot. in Arb. 7. De Ludouico Imperatore.

Vide in Matrim. Alberti ſap. cum Anna Feretana.

LVDOVICVS Imp. ſecundo genitus Methildis. vxores duæ. 1. Beatrix filia Ducis Poloniæ, hoc eſt Henrici VI. Ducis Elogouienſis. Primogenitus *Ludouicus* Dux ſuperioris Bauariæ & Marchio Norimbergæ. Huius poſteri ex *Maultaſchia*, quam ita dictam exponit Gans melius ob plurima infortunia, quàm à repando ore, non propagarunt ſtemma, ſed ſolus

STEPHANVS *Fibulatus* tribus filijs Bauariam diuiſit: *Stephano II.* eam, quæ propè Ingolſtadium; Friderico, quæ propè Landshuetam, Ioanni quæ adiacet Monachio. vxor Stephani Fibulati, qui obijt 1375. Eliſa filia Ludouici II. Regis Hungariæ. Ex qua præter maſculos prędicto ſorta *Eliſabetha* vxor Caroli vj. Regis Francię, & *Ludouicus* Barbatus

 cui

cui vxor Galla, qui rediens ex Francia paulo poſt cum filio nulla prole relicta obijt 1447. Itaque fratres duo, Fridericus ſcilicet, & Ioannes vario modo ſtemma Habsburgicum Bauarum propagarunt, alter per marem, alter verò per fęminam. *Prioru linea*

FRIDERICVS Dux Bauarię 1393. vxor Magdalena filia Barnabonis Ducis Mediolan. Liberi 4. tres fœminę, & omnes nuptæ, & mas vnicus *Ludouicus* diues parens Georgij etiam diuitis nuncupati. Ex fęminis

ELISABETHA vxor Friderici I. Marchionis & Electoris Brandebur. 1440. extincti. Hęc fuit prima neptis Stephani Fibulati, proneptiſque Ludouici Bauari Imp. Methildis Habsburgicę Filij. Hæcque etiam prima poſt Rudolphum Imperatorem modernis Marchionibus Brandeburgenſibus Auſtriaci ſanguinis copulata fuit per Fridericum I. prædictum ex Hohenzolleranis comitibus &c. Proles quatuor, prior *Ioannes Alchimiſta 1404.* Vxor Barbara, filia Rudolphi Ducis Saxoniæ, & Electoris. Secunda

Duces Mantuæ.

BARBARA, quæ Ludouico Marchioni Mantuæ tradita, Auſtriaci ſanguinis eiuſdem poſteros participes effecit. Primogenitus, & patri ſucceſſor

FRIDERICVS, Marchio Mantuæ, cui vxor Margarita filia Alberti Pij Ducis Bauariæ, ex qua filiæ quatuor, & tres filij, è quibus

FRANCISC⁹ Marchio Mantuæ, & primus Regulorum Italiæ barbæ alitor obijt 1519. vxor Iſabella filia Herculis I. Ferrariæ Ducis. Tertius filius

FRIDERICVS I. Mantuæ Dux, ac Montisferrati per vxorem Margaritam &c. Obijt 1540. Filij quinque & filia vnica, ſed ex duobus tantum hodie poſteri ſuperſunt. *Franciſco* extincto 1550. ſucceſſit frater

GVILELMVS Dux Mantuæ. vxor *Leonora filia Ferdinandi I Imperatoris.* filij Margarita (Reuſner. Anna) Ducis Ferrariæ vxor, & Anna Catharinæ Annæ Imperatricis mater. Itemque Vincentius, ex quo per Leonoram Mediceam Vincentius, & Ferdinandus Cardinalis, ac deinde Mantuæ Dux poſt Franciſcum fratrem, mox Margarita Dux Lotharingiæ, atque ante hanc Guillelmum.

Duces Niuerſij & Mantuę

FRANCISCVS Dux Mantuæ. vxor Margarita Sabauda. Sed tam hic quam alij, fratribus ſine legitimis hæredibus extinctis, Ducatū cū graviſſimo bello ducibus Niuerſij per nepotem Friderici I. Ducis Mantuæ, cui parens *Ludouicus* hæres Niuerſij ex coniuge Henrichetta, & ipſe filius

CAROLVS I. Dux Niuerſij, & Mantuæ. vxor Catharina Sabauda. Filius

CAROLVS Princeps Ritelij. vxor Maria filia Franciſci vltimi Ducis Mantuæ.

CARO-

Digitized by Google

CAROLVS II. ſuperſtes. Vxor *Clara Iſabella Auſtriaca*.
Duces vero Mutinenſes deducuntur ex Franciſco commemorato coniuge Iſabellæ Herculis filiæ &c. Etenim ex ea

LEONORA proneptis Franciſci Mariæ Roborei Ducis III. Vrbini. Ex hac — Duces Mutinæ.

IVLIA, cui coniux Alphonſus Marchio Montechij, cui filius

SIGISMVNDVS Imp. obijt 1437. vt in arbore Gans, non autem vti in annotatione, vbi centum anni deſunt. Vxores duæ, altera Maria hæres Vngariæ ſterilis, filia Ludouici comemorati, nepotis ex filio Roberto ſupra dicto Clementiæ Habsburgicæ. Altera vero Barbara filia Hermanni comitis Ciliæ, ex qua

ELISABETA vxor Alberti II. Imperatoris Auſtriaci.

ELISABETA Auſtriaca Hæres defuncto Ladislao fratre. Obijt 1505. Coniux Caſimirus IV. Rex Poloniæ, & Magnus Dux Lithuaniæ obijt 1492.

SIGISMVNDVS Rex Poloniæ natus 1467. Vxor Bona Sfortia filia Galeatij Ducis Mediolanenſis.

CATHARINA vxor Ioannis Regis Sueciæ.

SIGISMVNDVS III. Rex Poloniæ, & viuente adhuc parente Ioanne Sueciæ Rex. Vxores duæ 1. *Anna Auſtriaca* Caroli Archiducis filia. 2. *Conſtantia Auſtriaca* ſoror ex diſpenſatione Pontificia.

LADISLAVS Rex Poloniæ. Vxor *Cæcilia Auſtriaca* filia Ferdinandi II. Imper.

IOANNES CASIMIRVS adhuc ſuperſtes & bello Sueco maximè implicatus. Vxor (diſpenſante Papa) Ludouica Dux de Niuers, quam primò duxit frater Ladislaus. Proceres Regni, annuente Rege, de maſcula prole deſperante, conſtituerunt Auſtriæ familiæ hæreditario Regnum efficere eo pacto videlicet, vt armis ſuis Suecum tyrannum ab ipſo expellerent, eumque tranquillum reddere: & iam hac de re numeroſus milles in eum, & colligatos caſtra mouit.

Stirps Regum Hungariæ.

Series vero ſororis Clementiæ apud eundem Gans eſt vt ſequitur.

CLEMENTIA Habsburgica. Coniux Carolus Martellus Rex Hungariæ.

Digitized by Google

CAROLOBERTVS. Vxor Eliſabetha filia Ladiſlai Regis Poloniæ.

LVDOVICVS. Vxor Eliſabeta filia Stephani Regis Boſniç. Terminata hac linea, quia filię, Maria hęres Hũgariæ ſterilis fuit, vt diximus, Heduuigis vero hęres Regni Poloniæ, ac prima cõiux Ladislai Iagellonij pariens Eliſabetham Bonifaciam, triduo poſt patrem obijt, ſtirps Auſtriaca in Regni Hungariæ poſſeſſionem, & ſanguinis Regum propagationem, iterum dupliciter ſubintrauit: primo per Eliſabetham Auſtriacam, ac deinde per Ferdinandum I. Imp. cuius vxori Annæ proauus

LADISLAVS *Iagellonius* Rex Polonię, cui vxor quarta poſt Hedvvigem præfatam, & duas alias Sconzã, vel Sophiã Kiouiæ Ducis filiã. Filij, Ladiſlaus Rex Vngariæ in ætate annorum 16. occubuit ad Varnam audacius pugnans cum ſuis miſerabili ſtrage 1444. Et regni ſucceſſor

CASIMIRVS IV. Rex Polonię & Magnus Dux Lituaniæ. Vxor *Eliſabetha Auſtriaca* filia Alberti II. Imperatoris, ex eaque quinque Reges, & vnum Cardinalem ille genuit, & ſex filias quarum connubijs ſibi, & Domui Auſtriacæ de nouo omnes ferè Imperij Principes vt Rudolphus I. coniunxit.

LADISLAVS Rex Hungariæ, & Poloniæ. Vxor Anna filia Vaſconis de Candala.

ANNA filia, vxor Ferdinandi I. Auſtriaci Imperatoris.

CAROLVS Archidux Auſtriæ. Vxor Maria filia Alberti Ducis Bauariæ.

FERDINANDVS II. Impp. Vxor Maria Anna filia VVilhelmi Ducis Bauarię.

FERDINANDVS III. Imper. obijt hoc anno 1657. Vxor prima filia Philippi III. Regis Hiſpaniarum.

FERDINANDVS IV. Romanorum Rex obijt 1654. cælebs.

LEOPOLDVS IV. Rex Hungariæ, & Bohemiæ ac proximus vel Romanorum Rex, in Comitijs Francofurti 14. Auguſti celebrandis, vel Hiſpaniarum Monarcha.

Sectio III.

DE CONIVGIIS TRIVM FIliarum Alberti I. Cæſaris, Eliſabethæ Ducißæ Lotharingiæ, Annæ Ducißæ Preslavvi, Iudithæ Comitißæ Oetingenſis.

 In ma-

Digitized by Google

IN matrimonio Alberti I. Imperatoris Auſtriaci intricatam de eius prolibus controuerſiam tetigimus, omnium pariter ſententijs conſcriptis. Placet nobis in præſentibus ordinem Guillimanni ſubijcere, & relicta pro 2. claſſe Agnete primogenita, prædictarum coniugia, ſtirpeſque, quas fœtibus propagarũt, ſiue maſculis ſiue fœminis, in medium afferre. Eo vel maximè quia licet pro comperto ſit, nuptias Agnetis, & Annæ in priori coniugio viuente patre peractas eſſe, ac illas Catharinæ circa annum 1313 ex Roo, attamen nihil certi de tempore earum coniugiorum celebrationis in omnibus reperire potuimus. Eadem ſeries eſſet apud Bucelinum par. vltima fol. 27. niſi Catharina Iudithæ preferretur.

MATRIMONIVM V.

Sereniſſima Eliſabetha Auſtriaca Alberti I. Cæſaris filia nupſit Friderico III. Lotharingiæ Duci cognomento Athleti 1312. ſub annum fortè Clementis V. 4. Henrici verò Imp. vltimo.

HÆſitanter præſenti coniugio addidimus tempus eius celebrationis, de eo ſiquidem ſuperius in Alberto I. traditam Eliſabetham collocarunt fratres Friderico III. Athletæ. Dos mille ſeptingentę quinquaginta marcæ argenti, quas refert aceptas Fridericus Auſtriacus Principibus anno 1312. Obijt maritus 1329. vxor 1352. Hæc ibi. Lazius erroribus, & hallucinationibus procliuiſſimus non qui. .e, ſed ſex filias pûberes, ac maritis elocatas Alberto I. Imp. attribuit, vt apud Gans fol. 12. legi poteſt, & nos alibi non ſemel tantum adnotauimus. Et ad propoſitum huius matrimonij dupliciter labi repertus eſt. Primo in marito Eliſabethæ, de quo aduertit Nicolaus Clemens apud tom. 2. num 13. his verbis, haud probè Lazius, & cæteri Theodoricum vocant. Id quod antea Roo apud quem ordo filiarum, Agnes, Catharina, Eliſabetha, Anna, & Iuditha, ſed an ſit generationis, non apparet, adnotauerat, inquiens. Eliſabetha non Theodorici Lotharingi, vt quidam tradunt, ſed Friderici eius filij vxor. At circa hoc dubium ſatis in I. Gentil. in Alb. 1. fol. 262. & in matrimonio eiuſdem in controuerſia de eius liberis. Deinde alter lapſus Lazij haud obſcurè deprenditur; cum è ſex filiabus Alberti ſecernerit duas Eliſabethas, hancque nomine ſecundam dixerit. Huiuſmodi lapſus aperitio poteſt cognoſci ex ijs, quæ Gans retulit, ordinem, & numerum Lazij perſequens, ac quinto loco cum eo Eliſabetham priorem ſtatuens, impugnanſque. Inquit enim de ipſa hoc modo. Eliſabetha huius nominis prima nupſit Othoni Bauariæ

De Regibus, & Ducibus Auſtraſiæ.

fol. 14. ann. ad Arbor. 2.

Digitized by Google

Bauariæ Duci, poſtulato Regi Vngariæ mortua *anno* 1330. & in Noviomonte à fratre fundato ſepulta eſt. Verius autem videtur, quod Albitius ponit Catharinam Rudolphi filiam huius Othonis coniugem fuiſſe, aut quod Heutterus dicit Annam, filij eius ex 2. vxore filia Ladiſlai Glogouienſis, Ioannis ſcilicet Naterburgici coniugem. Facit Albizius Annam Friderici Auſtriæ Ducis filiam. Errorem verò ex filiabus Fridericorum ſuperius recitatis deprehendens. Henninges cælibem illum ex ſaltu crus fregiſſe, atque inde obijſſe dicit. Hæc Gans, alibi datus. Aduertit etiam idem auctor ad finem citatæ annotationis, Henningium ſextam Alberti I. Imp. filiam Catharinam 2. ponere Philippo Achaiæ, & Moreæ Principi elocatam.

GENEALOGIA FRIDERICI III. Lotharingiæ Ducis, per quem Coniux Eliſabetha Auſtriaca, ad campum Regis cum matre ſepulta, non ſolum eius ſanguinis ſtirps eſt, verum etiam & Ducum Guiſii, Meinæ, & Aumaliæ.

QVi per altiorem originem Friderici Athletæ perquirunt, ei tritauum faciunt Simonem Craſſum, nepotem Gulielmi Builionei & Bolonienſis fratris Godofredi Regis Hieroſolimitani, & D. Latharingiæ ab Henrico IV. Imperatore anno 1085. inueſtiti. Et hoc mea opinione, ait Gans, propter maiorés: Ita enim horum mater Atneptis fuit Reineri, & Ermingardis filiæ Lotharij Regis Lotharingiæ filij Lotharij 1. Imp. à quo terra illa Lotharingia cognominata. Licet enim patri nō ſucceſſerit immediate, ſed Carolus Caluus Imp. tanquam patruus, & huic filius Ludouicus Balbus, filius tamen huius Carolus, Simplex dictus vbi Regnum Galliæ aſſecutus eſt ob præclaram etiam ſibi in hoc aſſequendum præſtitam operam Reinero Ermingardis marito eam contulit. Verum cum prædictus Carolus admodum puer patrem amiſerit, turorio nomine eam ante Reinerum rexerant Ludouicus & Carolusmannus nothi fratres. Item Carolus Craſſus, Odo, & Arnulphus Imp. poſt Reinerum Giſebertus filius eam ab Henrico I. ob Gerbergam huius filiam in vxorem ductam tenuit. Vbi vero cōtra Cæſarem rebellis abſorptus eſt, eamdem cum vidua hæres legitimus Caroli ſimplicis filius

Gans fol 15. col. 2.

De antiquiori Frider. Athl origine.

Lotharingia Auſtraſia prius vocata.

lius Ludouicus eſt conſecutus. Inter hunc verò & filium eam rexerunt Mauricius, Otho, Conradus, S. Bruno Arihiepiſcopus Colonienſis, tum Carolus Ludouici filius, & ex hoc nepos Otho. Hoc ſine liberis dufuncto ſoror Gerberga Louanienſem comitatum Bruxelenſem, & Imperij Marchionatum, Lotharingiæ olim partes pro dote Lamberto marito attulit: reliquum S. Henricus Godofredo, filio Richuuini, fratris Giſelberti contulit. Huic frater Goshelo ſucceſſit eiusdem S. beneficio: huic per Henricum nigrum filus Gothelonis Godofredus, pater Ithæ auiæ VVilhelmi, Godofredi & Balduini, qui ab Henrico IV. Gedoferdo, Balbo, & Conrado extinctis, ad hodierdos vtque Lotharingiæ Ducatum transmiſerunt. Hæc Gans. Codex M. S. proponens ſtemma Friderici, quod nos valde ſtricte proponimus, incipit ab Auo hoc modo.

Num. 13. FRIDERICVS II. Caluus Dux Lotharingiæ Obijt 1303. Vxor Margarita filia Teobaldi Comitis Campaniæ, & Regis Navarræ.

TEOBALDVS II. (alijs Theodoricus) Liberalis Dux & Marchio Lotharingiæ obijt 1311. Florentiæ. Vxor Catarina Bonifacij Marchionis Montisferrati, alij Guidonis Dampetræi Comitis Flandriæ filia.

FRIDERICVS III. Atleta Dux & Marchio Lotaringiæ obijt 1329. Vxor Eliſabeta Auſtriaca filia Alberti 1. Imperatoris Obijt, vt fert Gans loco citato 1352. tanta fęcunditate prædita, vt teſte Reusnero 26. liberos genuerit, ex quibus nominatos Gans prodit Stem̃matis propagator.

Eliſabetha ſtirpis Ducũ Lotaringiæ propagatrix.

RVDOLPHVS Lotharingiæ Dux & Marchio occiſſus in bello cum Ioanne Bohamiæ Rege 1346. Vxor Maria filia Guidonis (aliis Vidonis) Caſtilionæi Comitis Beleſenſis. Vnius hęres

IOANNES Lotharingiæ Dux & Marchio moritur Lutetiæ ex veneno 1382. Vxor prima Sophia filia Eberardi Comitis VVitebergenſis.

CAROLVS Audax, & Bellator cognominatus Lotharingiæ Dux & Marchio obijt 1430. Vxor Margarita (Gans Maria) filia Ruperti Imper. & Electoris Palatini.

ISABELLA, vel Eliſabeta tantæ magnitudinis Principiſſa, vt ſuperata ſexus infirmitate, ſolertia & animi magnitudine ac fortitudine viris quosuis antecelleret mortua 1452. Maritus Renatus Dux Andium & Lotharingiæ ratione vxoris, ac Barri, adoptatus à Ludouico vltimo Cardinale. In Regem Siciliæ, Neapolis, & Ieroſolymorum electus à Ioanna 1482.

IOLANTA Duciſſa, & Marchioniſſa Lotaringiæ facta 1473. mortua 1483. Coniux Fridericus II. Vadani montis Comes & Quiſij, vt Gans, obijt 1470.

RENA-

Digitized by Google

RENATVS à Lotharingia Rex Hieroſolymæ, Neapolis, Siciliæ, & Aragoniæ, Dux Lotharingiæ, & Barri, Comes Vadanimontis, Guiſiæ, Aumaliæ, & Harcuriæ, Marchio Pontis Mocionis, Baro Iouilaris obijt 1 5 0 8. Vxor Philippa filia Adolphi Ducis Geldriæ. Huic Renato tres filij attribuuntur à M. S. *Carolus* puer extinctus, *Franciſcus* anno vno viuus, & ſtemmatis propagator, ex quo alios poſteros deducit. Gans 1505.

ANTONIVS Lotharingiæ & Barri Dux Marchioque Montis, Summopontis, Prouinciæ, Vadimontis, & Aſpermontis Comes. Obijt 1544. Symbolum eius Sciotericum planum, & Sol cum inſcriptione *Nulla hora ſine linea*. Vxor Renata filia Ducis Monspenſer. Symbolum.

FRANCISCVS Lotharingiæ Barri, Calabriæ, Feldriæ, & Zuphaniæ Dux, & Marchio obijt apoplexia 1545. Vxor Chriſtina filia Chriſtiani Regis Daniæ.

CAROLVS Marchio, & Dux Lotharingiæ Barrique; Symbola eius rupes alta, nouem fixuris conſtans cum inſcriptione, *Ex glacie criſtallus euaſi.* Item Aquila Solem aſpiciens cum inſcriptione, *Semel in æternum* Vxor Claudia filia Henrici Regis Franciæ. Filij Henricus Marchio Pontis vel Muſſipontis, natus 1567. Hic finit auctor. Gans autem ſequitur Caroli lineam & propagationem per ramos duorum filiorum, ſunt ij. Symbola.

HENRICVS Lotharingiæ Dux, & Franciſcus frater Vadamontis Comes, ille maritus Margaritæ filiæ Vincentij Ducis Mantuæ, ex qua Nicolea Claudia, hic vero coniux Chriſtinæ Comitiſſæ Salms, qui obijt 1571. filij *Carolus* natus 1603. Franciſcus, Nicolaus. Hæres rurſum vti olim in Iolante à Friderico factum, ducta patrui Henrici filia, Lotharingicam Domum fidelitate erga Ferdinandum II. Imp. celeberrimus martiè ſuſtentauit.

Trahens demum Gans ſeriem Ducum Guiſi, Meinæ, & Aumaliæ, tribuit Renato prædicto alium filium nomine Claudium, de quo nulla mentio apud M S. citatum. Eius ordo

CLAVDIVS Antonij frater, cum quo bona poſt patris obitum diuiſit, Aumaliæ, Guiſij, & Iohuillæ dominia accepit, veneno ſublatus 1550. Vxor Antonia filia Franciſci Ducis Vindonicenſis.

FRANCISCVS tribus ſclopeti manuarij globulis vulneratus paulo poſt obijt 1 5 6 2. Vxor Anna filia Henrici Ducis Eſtenſis. Frater *Claudius* maiori tormento in obſidione Metenſi è viuis ſublatus 1573. Vxor Ludouica. Filius *Carolus* obijt 1585. Vxor Maria Lotharingia, ex qua *Carolus* natus 1580. Vſque hunc Duces Aumaliæ. Filius item Franciſci Duces Aumaliæ.

HENRICVS cum fratre Ludouico Cardinali trucidatus à ſtipatu Regio 1588. ſiue cum Petauio 1589. ita Gans in annot. ſed in eius arbore 1568. perperam. Vxor Catharina filia Franciſci Ducis Niuers. Frater Henrici *Carolus* tertius Dux Meinæ nece duorum exercituum varijs bellis jactatus eſt, tandè Henrico IV. reconciliatus ex Henrica Sab- Duces Guiſi.

auda

Digitized by Google

auda (in arbore filia Hono. Ducis Nemeurs) duos filios hæredes virtutis ac Ducatus reliquit, Henricum, & Carolum.

CAROLVS filius Henrici, ac Dux Guiſii 1571.

MATRIMONIVM VI. DVPLEX

Sereniſſima Anna Auſtriaca Alberti I. Cæſaris filia primũ Hermanno Marchioni Brandebungenſi, Henñebergæ & Landsbergæ Domino, anno 1308. extincti, nupſit 1298. ſub anno 4. Pontificis Bonifaci VIII. & 2. Aſtaulphi Imp. Deinde Preſlauiæ Duci Henrico, qui obijt 1337. & ipſa 1461.

BInum coniugium iſtud tetigit Gans in principio annotationis arboris 3. & de 2. Annæ marito paulo poſt fol 19. Primum virum nuncupatum eſſe cognomento *Longum*, & ab aliquibus officio, ac dignitate inter ſeptem viros Electorem, idem aſſerit. Item fuiſſe Principem diuitem, ac potentem, cui auunculus Poppo Comes Hennebergenſis 22. arces in Franconia donauit. Obitus eius anno eodem, quo ſocer Albertus Cæſar à nepote vulneratus interijt. Proles quinque, maſcula vnica, cui nomen *Ioannes Illuſtris* anno ætatis 16. extinctus: reliquę fæminæ, quarum 1. *Agnes* VValderami I. Electoris Brandeburgici coniux. 2. *Methildis* nupta Henrico Ferreo Duci Saganenſi. 3. *Brigita* Bertholdi Comitis Hennebergij vxor. 4. *Anna* Comiti etiam Hennebergij, Othoni nomine elocata, ut Albizius in Anhaltinis. Secundus Annæ maritus Henricus VI. & vltimus D. Vratislauienſis (Preslauiæ nos poſuimus ſequuti manusſciptum) filiusque Henrici Pinguis Ducis Lignicenſis. Totidem proles, nempè quinque ſuſcepit quemadmodum & prior maritus, at omnes fæminas. Harum *Anonyma* in monaſterio Kinigsfeldenſi vixit. *Anna* Othoni Marchioni Brandeburgico, *Euphemia* Boleslao Falchenburgio nupta, *Margarita*, Abbatiſſa ad S. Claram Vratislauiæ facta. *Eliſabeta* Vratislao IV. Pomeraniæ Duce Pater mortuus anno 1337. Anna deinde Pragam redijt, & ibidem obijt ac ſepulta eſt.

Proles Annæ ex 1. marito.

Tom. 1. & 2.

Proles Annæ ex 2. marito.

Obitus, ſepultura.

M. S ſub num. 17. hæc breui prodit de Anna. Quæ etiam ſe ipſam, ait *Ioannam* nominauit inſtrumento dato Badæ 1347. primis nuptijs maritum habuit Goldemarum (alij Hermannum vocant) Brandeburgienſem, qno absque liberis vita functo 1319. Manno (alij Henrico) Preslauiæ Duci nupſit. Quo etiam Albertus frater poſt Othonis, & filiorum mortem, cum iam omnium ſolus potireturGermaniæ ſuperiori, Turgouiæ, Ergouiæ, Alſatiæ præfuit circa annum 1345. vt ab ea facta & data inſtrumenta, & priuilegia teſtantur. Obijt 1361. Quæ ſi vera

ſunt

Digitized by Google

ſunt certe illa arbor Gans ſupradicta radicitus corrueret. Nihilominus videamus cum ipſo

QVOMODO ANNA AVSTRIACA PER tres filias Agnetem, & Brigitam cum priori coniuge, & Eliſabetam cum poſteriori nouem Principum ſtirpes, videlicet Ducum Harburg, Luneburg, Danneberg, Brunſuigens, Lauenburg, VVirtenberg, Pomeraniæ, Churlandiæ & Arſchom propagauerit.

PRo Genealogia tam primi quam 2. Annæ Mariti non eſt opus hic immorari, cum origo vtriuſq; ex ſupraſcriptis, & infraſcribendis Genealogijs facillime colligi poſſit, ac intelligi. Et cum Methilde Habsburgica, Annæ que matertera in mariti ſobole Hermannus huius maritus collocatus, ibique nuptiarum tempus. Igitur Gans tali modo arborem 3. ordinat, & intexit.

ANNA AVSTRIACA Alberti 1. Cæſaris filia. 1. eius coniux Hermañus Longus Marchio Brandeburg. & cum nonnullis etiam Elector. 2. Henricus VI. Dux Vratislauiæ.

AGNES primonata Annæ. Conſors VValderamus I. Elector Brandeburgicus. Primonata *Helena* Henrico Iuniori D. Brunſu. & Grubenhagij nupta, Othonem ei genuit Ioannæ I. Apuliæ Reginæ maritũ, patrem tantum Helenæ vxoris Iani Regis Cypri. Soror Helenæ

CATARINA nupſit Magno Torquato D. Brunſuig. occiſo 1372. & per eum *ſanguinem Auſtriacum* ad hodiernos Brunſuicenſes, Luneburgẽſes, Crubenhagios, & Lauenburgenſes propagauit. Neces Torquati anno dicto cõtigit, ut Gans in annot. & non ut idem in arbore vbi anni 200. plus ſunt ſculpti. Secundonatus Torquati

BERNARDVS D. Luneburgenſis quam ditionem comutauit cũ fratre Henrico, cui Branſuig. ceſſit. obijt 1434. vt Gans in dicta arbore, quam ideo cito, quia innumeris mendis totum illud arboretum, quo paſſim vtor in præſentibus, cuiusq; inuentio digna quidem, & multo ingenio elaborota, ſcatet. Vxor Margarita filia VVenceslai Ducis Saxoniç. Luneburgenſes.

FRIDERICVS D. Luneburg. Obijt 1478. Vxor Margarita filia Friderici 1. Electoris Brandeburg.

OTHO ante patrem obijt 1471. Vxor Anna filia Ioannis Comitis Naſſouij.

HENRICVS Dux Luneb. obijt 1532. Vxor Margarita filia Erneſti Electoris Saxoniç.

OTHO Dux Harburgenſis, vnde poſteri denominati, ceſſit enim fratri Harburgẽſes.

Digitized by Google

fratri Erneſto Ducatum Luneb. Obijt 1549 Vxor Anna de Campiena.

OTHO Dux Harb. obijt 1603. Vxor I. Margarita filia Henrici Comitis Schoazan. 2. Heduuigis Comitiſſa Friſiæ Orientalis.

VVILELMVS Otho, & 8 fratres, ita Gans in arbore, ſed in annotatione, obijt Otho 1603. relictis hæredibus VVilelmo, & Othone ac 10. fratribus, ex quibus quinque militiæ periere.

Continuatio lineæ Luneburg.

ERNESTVS frater Othonis Ducis Harburgenſis, Dux Luneburgicus obijt 1546. Vxor Sophia filia Henrici Ducis Mechelburg.

VVILELMVS Dux Luneb. Vxor Dorothea filia Chriſtiani II. Regis Daniæ. Succeſſores duo filij, Erneſtus, & Chriſtianus, atq; his defunctis Auguſtus ſenior. 4. filius Fridericus, 5. Magnus, 6.

GEORGIVS ſtemmatis propagator, ac frater Ioannis. Filij Georgij ſex. Vide Gans.

Dãnebergenſes.

HENRICVS Erneſti filius Dux Danneberg. Vxor Vrſula filia Franciſci Ducis Saxoniæ.

AVGVSTVS Iunior, & tres fratres. Vxor N. filia Rudolphi I. Anhaltini. Filij

RVDOLPHVS Auguſtus 1627. & Antonius Vlricus 1633. Alij liberi Catarinæ, Magni Torquati coniugis, atque Annæ Auſtriacæ proneptis Henricus, & Catarina filia quinta: ab eo Brunſuigenſes, ab hac vero Lauenburgenſes Duces. Ponam priori ſeriem.

Brunſuigẽſes

HENRICVS Bernardi primò nati frater Dux Brunſuig. obijt 1416. Vxor Sophia filia Vratislai Ducis Pomeraniæ.

VVILELMVS Victorioſus obijt 1482. Vxor Catarina filia Friderici I. Elect. Sax.

VVILELMVS Iunior obijt 1495. Vxor Eliſa filia Botonis Comitis à Stolberg.

HENRICVS ſenior occiſus 1514. Vxor Catarina filia Erici II. Ducis Pomeraniæ.

HENRICVS Iunior Obijt 1586. Vxor Maria filia Henrici Ducis VVirtenb.

IVLIVS poſt fratres, in bello Marchico cæſos in Ducatu ſucceſſor obijt 1590. Vxor Heduuigis filia Ioachimi II. Elect. Brandeburg.

HENRICVS IVLIVS obijt 1613. Vxor Eliſabeta filia Friderici Regis Daniæ.

FRIDERICVS VLRICVS. Vxor filia Electoris Brandeburgici: filius *Chriſtianus.*

Subdam modo ſeriem poſterioris, nempè Catarinæ commemoratę Magni Torquati filiæ.

CATARINA quæ poſt Gerardi Ducis Sleuicenſis mortem ex Erico III. Duce Saxonię inferioris Lauenburgenſes propagauit.

Lauẽburgenſes.

BERNARDVS Dux Lauenburg Erico fratre iv. ſine liberis extincto 1463. Vxor Adelheidis filia Vratislai Ducis Pomer.

IOAN-

JOANNES 1507. patris more titulo Mareſchalli Imperij vſus eſt. Vxor Dorotea, filia Friderici 11. March. Brandeb.

MAGNVS fratribus duobus celebris 1543. Vxor Catharina filia Henrici ſenioris Ducis Brunſu.

FRANCISCVS ſenior Anabaptiſtas Monaſterij depreſſit 1581. Vxor Sibilla filia Henrici Ducis Saxoniæ.

FRANCISCVS iunior. vxor 1. Margarita Duciſſa Pomer. 2. Maria filia Ducis Brunſuicenſis.

AVGVSTVS, & cæteri eius fratres.

Ex alijs duabus Annæ Auſtriacæ filiabus Brigita, & Eliſabetha reliquarum Ducum commemoratorum progenies deducuntur. Prioris filiæ ordo hic eſt.

BRIGITA Annæ Auſtriacæ filia, Alberti I. Imp. neptis, atque proneptis Rudolphi Cæſaris Habsburgici aui. Coniux Henricus Comes Henneberg. Ita Gans in eodem arbore, ſed in annotatione fol 19. col. 1 ait, Brigita Bertholdi comitis Hennebergij vxor. Quam varietatem cũ eodem in filia

ELISABETA explicatius. Albizius in Anhaltinis, vt dictum eſt, Annæ, filiæ 4. Annæ Auſtriacæ tribuit maritum Othonem Hennebergicum, ex quo infert Gans, ideoque probabile valdè vnam ex his (nempè filiabus Annæ Auſtriacæ) Eliſabetham coniugem Eberhardi Greiner VVirtebergiæ Comites gnuiſſe, vt expreſsè docet Lazius quãuis Albizius eam Henrici Hennebergij filiam nominet. Lapſus fortè, vt Laz. dum Eberhardum 1. pro Greinero poſuit, is enim mortuus 1253. quando auus Hermanni Otho III. adhuc florebat. Hermannus verò ipſe 1308. è viuis exceſſit. Henninges litem videtur dirimere in Hennebergenſibus pag. 404. dum errorem ſuum in Auſtriacis commiſſum prodit: Brigitam ſcilicet Henrico Hennebergenſi, & non Bertoldo coniugem aſſignans, & huius filiam Eliſabetham Eberhardo III. ſiue Greiner Comiti VVirtembergenſi &c. Hæc Gans. Coniux ergo Eliſabethæ in citato arbore Eberhardus 1343. comes VVirtemberg.

Controuerſia valde intricata.

Solutio nouo dubio impleta.

VLRICVS 1377. vxor Eliſa filia Ludouici Imperatoris.

EBERHARDVS 1417. vxor Antonia filia Barnabæ Ducis Mediolani.

Wirtembergenſes,

EBERHARDVS Iunior 1431. Vxor Henrica filia Henrici II. Mompelgardi & hæres.

VLRICVS Nieſvvurz dictus 1480. Vxor Eliſa filia Alberti Ducis Landshutani.

HENRICVS 1519. Vxor Eua filia Ioannis Comitis Solmenſis.

GEORGIVS Comes Momp. 1558. Vxor Barbara filia Philippi Landgrauij Haſſiæ.

FRIDERICVS 1582. Ludouico Eberhardi iunioris fratre ſine prole maſcula obeunte VVirtembergiæ Dux creatus eſt. Vxor Sibilla filia Ioannis Erneſti Principis Analtini.

IOANNES FRIDERICVS. Vxor Barbara Sophia filia Ioachimi Friderici Electoris Brandeburg.

IOANNES EBERARDVS 1615. cui fratres Ioannes Fridericus, Ioannes Vlricus &c.

Poſterioris filię Annæ Auſtriacæ, nempè Eliſabatæ ſeries iſta erit.

ELISABETA Annæ Auſtriacæ filia, Coniux Vratiſlaus IV. D. Pomeraniæ.

Pomeranienſes. BARNIMVS IV. obijt 1365. vxor Sophia filia Nicolotti Principis Henetor.

VRATISLAVS VII. obijt 1394. vxor Anna filia Ioannis Ducis Mechl.

BARNIMVS obijt 1405. vxor Veronica filia Friderici Burgrauij Norimberg.

VRATISLAVS IX. obijt 1457. vxor Sophia filia Georgij Ducis Saxoniæ infer.

ERICVS II. 1474. vxor Sophia filia Bugslaui IX. Ducis Pomer.

BOGILAVS X. 1523. vxor Anna filia Caſimiri III. Regis Poloniæ.

GEORGIVS 1531. Vxor Emilia Philippi Comitis Palatini Rheni filia.

PHILIPPVS obijt 1560. vxor Maria filia Ioannis Elect. Sax.

ERNESTVS LVDOVICVS. Vxor Sophia, Iulij Ducis Bruſun. filia.

PHILIPPVS IVLIVS natus 1584. vxor Agnes filia Ioannis Georgii Electoris Brangeburg.

Ex Philippo præfato huius auus *Bugslaus* XI. vxor Clara Duciſſa Luneburg. Filij tres *Philippus II. 1573.* vxor Sophia filia Ioannis Ducis Holſatiæ. *Bugslaus XII.* obijt 1637. *Anna* vxor Erneſti Ducis Arſchott. Anna genuit *Erneſtum Boguslaum* 1620. Demum ex Erneſto Ludouico Philippi I. filio orta *Eliſa Magdalena* coniux Friderici Ducis Churlandenſis, & ex Friderico *Iacobus*,

Arſchottēſes. Churlandenſes.

MATRIMONIVM VII.

Sereniſſima Iuditha Auſtriaca Cæſaris Alberti I. filia obijt 1329. alij 1360. in campo regis ad Minoritas ſepulta. Eius maritus Ludouicus VII. Comes Ottingenſis anno 1340. extinctus.

Exhibens

EXhibens Gans arborem 2 in ea ſimul cum ſtirpibus, quas ſoror Eliſabetha propagauit, eas quoque pulchra ratione motus, Guthæ, ſeu Iudithæ iunxit, & expreſſit. Illas Eliſabethæ iam conſcripſimus, remanent modo enucleandæ quæ ex ipſa Iuditha prodiere. Sed animaduertendum prius Ludouicum Iuditæ maritum (teſte Cuſpiniano in Alberto I.) antea coniugem extitiſſe ſororis cuiuſdam Comitis de VVirtemberg, ex eaque filios & filias progenuiſſe. Heninges hanc VVirtembergam patris huius Ludouici coniugem facit, neque vllum recitat filium Ludouici, & Iudithæ, qui paternum nomẽ geſſerit, ſed *Conradum*, proſcriptum ab Henrico VII. Imp. & in Cœnobio Lotharij defunctum. Secundum *Eberhardum* Canonicum Moguntinum. Tertium denique *Albertum* ſtemmatis propagatorem, & auum Mariæ, Rudolpho VII. Marchioni Badenſi nuptæ, primæ Auſtriaci ſanguinis cum eadem fibula.

Gans ann. ad arb. 2. num. vbi de Gutta.

IVDITHA AVSTRIACA PER VIrum ſuum Ludouicum VII. Comitem Oettinganum ſtirps eſt Landgrauiorum Leuchtenburg. Marchionum Badenſium, & Durlacenſium.

Genus Ludouici ex antiquis Monumentis.

PRogenies Ludouici VII. Ducis Oettingæ apud M. S. ſub num. 15. incipit hoc modo

De Stirpe Ludouici VII. ex M. S. nu. 15.

LVDOVICVS Comes in Oettingen fundator Theutonicæ domus in Oettingens 1242. In Comitiis Auguſtæ 1275. dictus ſenior, vel Maior ex literis Conradi Cæſaris. Obijt 1279. Vxor Vdalilda Comitiſſa ab Hirſchberg

SOPHIA vxor Ioannis Comitis Hirſchbergici ſororque Conradi mariti Agnetis Burgrauiæ Norimberg. parentiſque Ludouici, cui vxor Agnes Vitebergica.

EVA Schvvartzenbergica Ioannis Baronis filia, & Kunegundæ Nellenburgicæ. Coniux comes Oettinganus. Filij tres, quorum poſtrema Margarita ſub tutela Rudolphi Marchionis Hohenbergici comitis Nouicaſtri 1477. Ante Margaritam orta eſt Maria vxor Rudolphi Marchionis Badenſis. At primogenitus

LVDOVICVS Comes Oettingæ obijt. 1346. vxor Gutta Alberti Cæſaris filia obijt 1360. ſepulta apud Campum Regis. Secundo genitus ſtemmatis propagator

FRIDERICVS obijt 1344. Eius filius

LVDOVICVS, qui cum Ludouico, & Friderico fratribus vendidit

dit Landgrauiatum inferioris Alſatiæ Alberto Auſtriaco. Sororem habuit Mariam xxorem Rudolphi Comitis Habsburgi & Rapersvvillæ an. 1315. Ex decem filijs ſecundo genitus

ALBERTVS obijt ante coniugem 1361. vxor Eliſabetha Comitiſſa Donnberg.

LVDOVICVS Comes Oetingæ 1361. Vxor Adelhaida Landgrauia Alſatiæ inferioris. Soror primonata Imagina vxor Friderici Limburgici obijt adoleſcens, Sophia abbatiſſa Kircheim &c.

LVDOVICVS Comes Oetingenſis 1350. 1361. Iunior. Vxor Imagina à Schaumburg in Bauaria ex matre Trueradingenſi obijt 1370.

FRIDERICVS Comes Oettingenſis obijt 1423. frater Ludouici iunioris & cum barba, cui vxor Agnes filia Eberhardi comitis à vverthenberg, ſoror Ioannis. Vidua 1441. Friderici Epiſcopi Aichſtet. Adelhaidi l Cararienſis cōiugis, & Eliſabethæ Alberti Landgrauij à Leichtenberg. Vxor Euphemia Boleslai, vel Bokonis Ducis Munſterbegenſis in Sleſia filia. Alijs filia Ioannis Ducis, & Eliſabethæ Brigenſis. Tertio natus

VLRICVS Oetingenſis 1440. Vxor Eliſabetha filia Comitis à Schaumburg. obijt 1461. Primogenitus, & hæres, cui ſorores Anna vxor Ioannis ab Eichberg, Domini in Hals, & Margarita Abbatiſſa Hirchheim.

JOACHIMVS Comes Oettingenſis, Dominus in VVildenfels à Thoma ab Abensberg, Verdæ Sueuorum 1519. vel 1520. in Iulio. Vxor Dorothea filia Alberti Principis Anhaltini obijt 1499. alij 1501. die S. Stephani. Filij Eliſabetha vxor Cyriaci Domini à Bolheim. Fridericus cælebs. Maria vxor Georgij Truchſeſii, vvalburg, cuius Georgij mater erat Zollerana. Ludouicus alter cælebs. Ludouicus natus 1502. & poſt ſucceſſorem Carolus, & Anna, cui maritus filius Hermanni Kirchbergenſis nata 1503. obijt 1572. Succeſſor ergo

MARTINVS Comes Oetingenſis natus 1500. Vxor Anna Landgrauia à Leichtenberg. Hucuſque M. S. ex ſcriptore illorum temporū. Sed quia in eadem tabula (in qua non deſunt ſua dubia) è matrimonio Iudithæ cum Ludouico comite Oetingano trahitur ſecunda linea modo quodam inſueto ab alijs, coniungitque tranſuerſam, & oblongam lineam, ſub qua recto ductu inter alios fratres poſitus eſt Albertus, qui etiam per alium ſignum genealogicum videtur potius filius Ludouici, ex parente Ludouico, Ludouici Gutæ coniugis nepotis, quam huius: forte auctor hoc modo oſtendere voluit, eundem Albertum filium fuiſſe Guthæ, ſed ſub dubio, quemadmodum ex adducta P. Gans diſputatione tetigimus. Verum neque iſta expoſitio cum ſerie Gans prædicti conueniret, vt patebit, ipſam modo adducendo vti eſt in citata arbore.

Gans

Digitized by Google

Gans probat demonſtratiuè propoſitum argumentum in arb. 2.

GVTTA, ſeu JVDITA Alberti I. Imp filia. Coniux Ludouicus vij. Comes ab Oettingen.

ALBERTVS I. Comes Oettinganus. De eius vxore nullam mentionem facit Gans. Tertio natus ex Henn. ac ſtẽmatis propagator.

FRIDERICVS III. Vxor Adelhaida Landgrauia Alſatiæ 1387.

LVDOVICVS XI. Vxor Imagina Comitiſſa Schaumb.

IMAGINA vxor Alberti Landgrauij Leuchtembergenſis. Landgrauij Leuchtẽbergenſes.

LEOPOLDVS obijt 1436. Vxor Eliſabeta de Oppech

FRIDERICVS IV. obijt 1467. Vxor Dorotea filia Philippi Comitis de Rinech.

IOANNES V. obijt 1531. Vxor Margarita filia Ioannis Comitis Schuarh.

GEORGIVS III. obijt 1552. Vxor Barbara filia Friderici Marchi. Brandeburg.

LVDOVICVS HENRICVS obijt 1567. Vxor Methildis Comitiſſa March.

GEORGIVS LVDOVICVS obijt 1613. Vxor Maria Salome filia Philiberti Ducis Badenſis.

GEORGIVS FRIDERICVS. Vxor Maria filia Comitis de Nanderſcheid.

Ex ſorore vero Ludouici XI. filia Friderici III. Nepte Alberti I. ac Iuditę Auſtriacæ pronepte deducitur Marchionum Bodenſium ſoboles tali paſto.

MARIA Friderici III. filia coniuxque Rudolphi VII. March. Badę. Marchiones Badenſes.

FRIDERICVS obijt 1358. Vxor Vrſula Duciſſa Teceenſis.

RVDOLphVS obijt 1372. Vxor Methildis filia Ioannis Cęci Comitis Sponehini.

BERNARDVS obijt 1436. Vxor Anna Comitiſſa ab Oectingẽ.

IACOBVS 1453. Vxor Catarina filia Caroli Audacis Ducis Lotharingię.

CAROLVS 1475. Vxor Catarina filia Erneſti Ferrei Archiducis, vt ſuo loco dicetur.

CHRISTOPHORVS 1527. Vxor Otilia filia Philippi Comitis Catzenelb.

BERNARDVS, cui Vxor Franciſca filia Caroli Comitis Luzenburgij.

CHRISTOPHORVS maritus Ceciliæ filię Guſtaui Regis Sueciæ.

EDVARDVS FORTVNATVS. Vxor Maria ab Eichen.

VVI-

Digitized by Google

VVILELMVS. Vxor Vrſula Comitiſſa ab Hohenzollern. Filij Ferdinandus Maximilianus, Leopoldus VVilhelmus.

Bernardi frater ex parente Chriſtophoro commemorato

Marchiones Durlacenſes. ERNESTVS obijt 1552. vxor Eliſabetha filia Friderici v. March. Brand.

CAROLVS 1577. vxor Anna filia Comitis Palatini Rheni.

GEORGIVS FIDERICVS. vxor Iuliana filia Friderici Comitis Rheingrau.

FRIDERICVS. Coniux Barbara filia Friderici Ducis VVirtemberg.

FRIDERICVS.

Ex his ſeptem matrimonijs, quorum quatuor filiabus Rudolphi I. cetera verò reliquis tribus Alber. I. aſcribuntur, ſatis quidem accuratè deduxit P. Gans omnes ſuas demonſtrationes, iunctis ſimul ſuis proprijs lineis, & ramis illis quoque, quæ contigerunt vſque ad recentiora tempora, in quibus ipſe, adhuc ſuperſtes ſcribebat. Simulque prodijt illius ſui argumenti ſollemnitatem, quā nos in prolocutione adduximus, nimirum ita ſibi Rudolphum I. Imp Habsburgicum per ſuas, ac Alberti I. Cæſaris primogeniti filias omnes Imperi, Regnorumque Principes familias deuinxiſſe, vt vix hodie vllus reperiretur Princeps, Europæque Rex, qui non recta linea ab ipſo deſcendat. Ad id demonſtrandum arbores IX. ære ſculptas ipſe tradidit, & in arbores ſuas annotationes ſubiecit. Sequentibus deinde quatuor proximam ſiue vltimam cum Auſtriaca Domo conſanguinitatem enucleauit: atque in his eas tantū perſonas per quas ſanguis deriuatus eſt; in prioribus verò etiam coniuges earum appoſuit. Ita ipſemet in præfatione ad Lectorem. (Vide in præfatione ad Lectorem.) Igitur cum noſtrę tempeſtatis fæminarum Auſtriacarum matrimonia ſeorſim conſcribere, atque declarare mihi neceſſarium foret, conſequens omnino eſt, ut ante exhibitionem cōiugiorum haud ſtirpem propagantiū, quæ auctor M. S. tomi 2. tradidit, illa deinde diſtinctius afferre, quæ tetigit Gans in præcitatis arboribus, quæq; partim affert M. S. partim alij Hiſtorici, quorum nonnulla tunc quando ſuum ipſe planctabat Gans arboretum, nondum celebrata fuerant, ſi tamen aliquod hodie repereretur, quod in eo non ſit poſitum.

Digitized by Google

Excurſus II.

DE CÆTERIS CONIV-gijs primæ Claſſis, tactis tantum confusè in anteactis propagationibus, ſed nondum ſeorſim explicatis.

QVas habeo Auſtriacas mulieres, ad hanc quoque Claſſem ſpectantes, ex citati M. S. auctore tom. 2. hæ ſunt, ſuntq; ſimul filiæ Auſtriacorum Principum, aliorumq; ſtirpes. Margarita Alberti IV. Ducum Bauariæ. Catarina & Margarita Erneſti, illa modernorum Marchionum Badæ, iſta neotericorum Saxoniæ Ducum. Eliſabetha Alberti II. Imp. poſtremorum Hungarorum, & Bohemiæ Regum. Kunigunda Friderici III. ſiue IV. Imp. recenſiorum Ducum Bauariæ. Eliſabetha Philippi I. Ducum modernorum Lotaringiæ. Maria, Ioanna, & Eleonora Ferdinandi II. Imp. altera Ducum Iuliacenſium poſterorum, altera Florentinorum, tertia verò Ducum Mantuæ. Anna, & Margarita Caroli III. Archiducis, prior Regum Poloniæ modernorum, poſterior modernorum Regum Hiſpaniarum, quorum deinde poſterorum Anna Maximiliani II. Cæſaris fuit propagatrix. Catharina Philippi II. Ducum Sabaudiæ, ac tandem Catharina altera Philippi I. filia poſtremorum Regum Luſitaniæ. Hic eſt numerus, & ordo harum fœminarum Auſtriacarum apud authorem prædictum. Vbi ipſe pro Chriſtina Phillppi I. nepte appoſuit eius matrem Eliſabetham Auſtriacam. Addam etiam & nonnullas alias ab ipſomet derelictas, moxque tangam ſolummodo eas, quæ viciſſim aut ſtirpem Auſtriacam in Hiſpania, aut eandem in Germania propagauere, cum de illis actum ſit vbi de maritorum coniugijs. Ac demum ſequar, vti iam cœpi, naturalem diſpoſitionem iuxta earum parentes, quam genealogicam vocitant.

Digitized by Google

Sectio I.

DE CONIVGIIS FILIARVM Alberti IV. Patientis, ac Mirabilia Mundi, Erneſti Ferrei, Alberti II. ac Friderici IV. Imper.

MATRIMONIVM VIII.

Sereniſſima Margarita Auſtriaca, filia Alberti IV. Mirabilia Mundi nuncupati, parentiſque Alberti V. ac II. huius nominis Imperatoris, nupſit 1412. Henrico Bauariæ Duci ſub 2. annum Ioannis XXII. alias XXIII. Imperatoris vero Roberti Bauari penultimo.

Vide fol. 124. IN matrimonio Alberti IV. Patientis tempus præſentis coniugij expreſſimus, nec non, & vtriuſque coniugis obitum, Margaritæ 1447 Henrici 1450. Ibique etiam tetigimus perperam Roo) pariter & quotquot poſt eum ſcripſere Hiſtorici ſuper eandem rem) Margaritam ipſam Annam, ſeu Ioannam vocitaſſe. Sic eam nominant Gans, Bucelinus, & ferè omnes: Afferam modo verba Guill. M.S. (Volum. 2. lib. 12. ad finem.) Margarita obijt 1447. Alij nominant Ioannam, ſed malè, vt ex inſtrumento conuincitur. Año 1405. renunciat literis omni iuri, quod habere poſſet in Auſtriacas ditiones, reuindicans ſolum dotem, ac donationem propter nuptias. Maritus Henricus Dux Bauariæ Friderici filius Nuptiæ 1412. ſobolem Margaritę Auſtriacæ infra conſignauimus in Genealogijs. Hæc ille, qui deinde texens Genealogiam, hanc reperi in altero volumine, eſtque vt ſequitur.

MARGARITA AVSTRIACA Alberti II. Imp. ſoror per coniugem Henricum Boium, cuius progenies ſimul affertur, ſtirps eſt & Electorum Ducum Bauariæ.

FRIDE-

FRIDERICVS filius Stephani *Fibulati*, nepos Ludouici X. Imper. Dux Bauariæ inferioris, & dominus Landshuti, Princeps rerum ciuilium prudentia inclytus moritur Lands. 1393. Vxor I. Anna comitis Bertholdi filia obijt 1380. 2. Magdalena filia Barnabonis Ducis Mediolani mortua 1404. Ex hac ante tres fæminas Num.11.

HENRICVS *Diues* cognomento Latrones, & violatores itinerũ publicorum *Lupos* vocauit, eiſque laqueo gulam fregit. Ludouicum Barbatum Ingolſtadienſem patruelem è conuiuio Imperatoris Sigismundi redeuntem vulnerat. Bohemiam intrans, & contra Huſſitas arma mouens, panico terrore quinquies repulſus eſt A.C. 1420. Ludouicum Ingolſtadienſem ab Alberto Brandeburgico emptum captiuum tenuit. Obijt 1450. Vxor Margarita filia Alberti IV. Archiducis Auſtriæ.

LVDOVICVS Diues Dux Bauariæ inferioris, Dynaſta Landshut. Princeps fortunatus, Liberalis, felix, pius, pacis amantiſſimus, & ſtudioſiſſimus. Bella in Germania exorta ſua authoritate compoſuit, Ladislaum Regem Vngariæ, & Bohemiæ amitimum ſuum, & Fridericum III. Imperatorem inter ſe diſſidentes reconciliauit. Iudæos omnes omnibus ſuis oppidis, ac vicis vno die exegit, bonis eorum in fiſcum relatis, monetam tamen deteriorem reddidit. Mortuus eſt 1479 ætatis 62. Vxor Ameleia filia Friderici Placidi Ducis Saxoniæ; mortua 1502. ætatis 67.

GEORGIVS Diues Dux Bau. infer. Dynaſta Landshuti Academiam Ingolſtadienſem fundauit 1471. In hoc maſcula linea Landshutenſium defecit. Obijt 1502. Vxor Hedvvigis filia Caſimiri Regis Poloniæ. Sorores duæ, *Margarita* vxor Philippi Palatini Rheni Electoris. E*liſabeth* virgo mortua. Liberi, Ludouicus ante patrem obijt. Eliſabeth coniux Ruperti virtuoſi comitis Palatini Rheni, filij Philippi Electoris, qui hæres inferioris Bauariæ eſſe voluit, atque ideo Alberto Sapienti bellum mouit 1504. proſcriptus à Maximiliano Imperatore. Margarita virgo Veſtalis &c.

MATRIMONIVM IX.

Sereniſſima Catarina Auſtriaca Erneſti Ferrei filia, ſoror Cæſaris Friderici IV. vxor fuit Caroli Marchionis Badenſis, & cum eo ſtirps etiam modernorum Badenſium Marchionum.

BERNARDVS I. Marchio Badenſis, & Comes Spanheimenſis. Obijt 1436. ſepultus in Baden. Vxor I. Anna filia Ludouici XII. Comitis in Oettingen cognomento Barbati 2. Beatrix Comitiſſa Hanauienſis

JACOBVS Marchio Badenſis & Comes Spanheimenſis ab Ænea Syluio lib. 4. cap. 7. de dictis, & factis Alfonſi celebratus. Obijt 1453. Vxor Catarina filia Caroli Audacis Ducis Lotaringiæ, cuius eſſe debuiſſet hæres, ſed excluditur ab Iſabella ſorore eius neptis Ruperti Imp. Liberi *Bernardus III* puer obijt 1431. *Ioannes* Archiepiſcopus Treuer. obijt 1503. *Bernardus IV.* cognomine *Diuus*, vel Sanctus Marchio Bad. Fratri Carolo gubernationem reliquit. Vxor Magdalena filia Caroli vij. Regis Franciæ. Sed fit ſpiritualis & obijt in monte Peſſulano 1458. In album Diuorum relatus à Sixto IV. PP.

CAROLVS I. Marchio Badenſis & Comes Spanheimenſis. Captus cum fratre Georgio Epiſcopo Metenſi à Friderico Victorioſo Rheni Palatino, & Electoratus adminiſtratore 1461. obijt 1475. Vxor Catarina filia Erneſti Archiducis Auſtriæ ſoror Friderici III. Imp. defuncta 1490. Filij 6. tres fæminę *Catharina* vxor Georgij comitis à VVerthenberg. *Lymburgis* vel Lymburga vxor Engelberti Com. Maſſouij à Dillenberg. *Margarita* Abbatiſſa Lucidæ vallis. Totidem mares, quorum duo poſtremi *Albertus* Marchio Badenſis miles præclarus. Obijt ex ictu globi tormentarij 1488. *Fridericus* Epiſcopus Traiectinus obijt 1517. Sed primo natus

Obitus coniugum.

CHRISTOPHORVS Marchio Badenſis, & Hochburgenſis, comes Spanheimenſis &c. Obijt 1527. Vxor Ottilia filia Philippi iunioris comitis Cattimelibocenſis obijt 1517. Filij 4. *Iacobus* primogenitus Marchio Badenſis electus in Archiep. Treuirenſem patruo Magno ſucceſſit 1505. In comitijs Treuir. eiuſdem anni reſpondit Legatis Pontificis Latinè, Germanicis germanicè, Gallis gallicè, Venetorum Italicè. Obijt 1511. *Maria* Abbatiſſa Lucidæ vallis. Poſtremus *Philippus* Vicarius Caroli V. Imp. obijt 1537. Vxor Eliſabetha filia Philippi Ingenui Palatini Rheni Electoris, parenſque Iacobæ nuptæ VVilhelmo Duci vtriuſque Bauariæ. At primo natus

BERNARDVS Marchio Badęn, & Comes Spanheimenſis. Vxor Franciſca filia Antonij Comitis Luzelburg. Primogenitus *Philibertus* Marchio Bad. & comes Spanheim. Auguſtanæ confeſſionis aſſertor perijt in bello 1569. Vxor Sidonia filia Wilhelmo Duci Iuliacenſi, & *Philippus Catholicus* defunctus 1588. ſponſa eius Cliuenſis. Secundogenitus

CHRISTOPHORVS Marchio Badenſis, dominus Rodenmachij Auguſtanæ confeſſionis aſſertor obijt 1575. vxor Cecilia Guſtaui Regis Sueciæ. Filius *Eduardus Fortunatus* reliquit duos filios eximiæ virtutis.

Alius filius Chriſtophori fuit *Erneſtus* qui obijt 1552. parens *Caroli* Marchionis &c.

MATRI-

Digitized by Google

MATRIMONIVM X.

Sereniſſima Margarita eiuſdem Erneſti Archiducis filia nubens Friderico II. Placido ac Saxoniæ Electori ſtirps eſt modernorum Ducum.

FRIDERICVS Grauis electus Imp. 1348. obijt 1349. vxor Methildis filia Ludouici Bauari Imp. Reliqua huius Genealogiæ quære ſuperius in Excurſu I. Sect. I. Matrim. 2. Demonſtrat. 3. P. Bucelinus non ſolum ordinem filiarum Erneſti Ferrei inuertit, cum primo loco Margaritam appoſuerit, verum etiam tertiam filiam, matrimonio iunctam ipſi attribuit, quod ipſe nondum apud quempiam reperi. Et quia in hac materia non ſemper poſſunt aliorum lapſus certò demonſtrari, nec quis verius dixerit ſatis probare, ponam tertium coniugium.

MATRIMONIVM XI.

Sereniſſima Eliſabetha Auſtriaca tertia ex Bucelino Erneſti filia vxor fuit Hugonis Comitis Werthenbergij.

Hoc matrim. in 2. claſſe melius.

MATRIMONIVM XII.

Sereniſſima Eliſabetha Auſtriaca Alberti II. Cæſaris filia primum ſponſa Friderici, Friderici Placidi Electoris Saxoniæ filij, deindè nupat Caſimiro iv. Poloniæ Regi 1454. ſub Pontificis Nicolai v. annum penultimum, Friderici vero iij. ſobrini Imperatoris 16.

Inſigniores præſentis coniugij Prerogatiuæ breuiter enarrantur.

PRæter ea huius matrimonij bona tum terrena, tum etiam cœleſtia, quæ in 5. excurſu ſub coniugio Alberti 2. Imp. recenſuimus remanent etiam alia nonnulla maioris momenti, ac ſpiritualia, vt modo liquebit. At principio aduertendum, in loco citato Caſimirum hunc, de quo agimus, typographi errore ſecundum dictum, cum potius fol. 140.

tius quartus dicendus erat. Inſuper quantum ad nomen ſponſæ, quo Eliſabetham, nondum Regi Caſimiro nuptam appellamus, ibidem proditum eſt illis verbis. Hanc Fridericus Imperator tanquam tutor Friderico, Friderici Placidi Electoris Saxoniæ filio promiſerat, ſed cum paucis ante nuptias hebdomadis 1451. defunctus vita eſſet ſponſus, deinceps eam Rex Ladislaus frater Caſimiro &c. collocauit: ſponſalia facta 1453. nuptiæ 1454.

Beatum ſi connubium hoc vocauero, non ero inſipens, neque audax. Illa enim beatitate ipſum exornatum prodimus, qua tam ratione cauſæ, quam etiam ratione effectus inſignitum fuiſſe reperimus. Probam vtrumque paucis verbis. Beatus Ioannes de Capiſtrano Neapolitanus ex Sannitis, ac ſtrictioris obſeruantiæ Minorita antequam Vratislauia in Poloniam abiret, conuenerunt Oratores Caſimiri Poloniç, & Ladislai Hungariæ Regum acturi de coniugio Caſimiri cum Eliſabetha, quod in eadem vrbe ſanxerunt, & publicis inſtrumentis firmarunt. In ſumma vtriuſque gentis lætitia, & ſacri fęderis ſollemnitate.

De B. Capiſtrano ex hiſtoricis, & Chronologicis Ordinis maximè ſeruorũ Dei PP. Franciſci Gõzagæ, & Lucę Vadinghi.

Diſertam habuit Capiſtranus orationem in ipſo prætorio feria 2. poſt Aſſumptionem Deiparæ, paucis ſcilicet diebus ante abſceſſum, ab illis verbis exorſus, *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.* Ad ſequentis anni initium nona die Febr. noua nupta Cracouiam ſplendido comitatu aduenit, à Rege ipſo vna cum matre, obuiam ei profecto, deducta. Poſtridie contentio inter Ioannem Sprouuſchi Archiepiſcopum Gneznenſem, & Sbigneum Cardinalem, atque vtriuſque fautores Barones, vter adminiſter eſſe deberet nuptialis cœremoniæ, quod ille Archiepiſcopus eſſet & Primas, hic Cardinalis, & Epiſcopus vrbis, in qua hæc agebantur. Re diu agitata, conuenit tandem, vt Capiſtrano eum honorem deferrent, nouas coniuges ritu ſollemni coniungendi. Sed cum his neque Poloniam neque Germanicam linguam calleret, ac Sbigneo muneris eius functiones adiudicaret, ille vtriuſq; linguæ peritus cedente Archiepiſcopo rem peregit. Archiepiſcopus verò ſacris operatus nouã Reginam inunxit, ac diademate coronauit. Poſtremo Capiſtranus vtrique Sponſo benedixit, & numeroſam Prolem palam prædixit. Vaticinium Ioannis euentum probauit, nam coniuges à Capiſtrano benedicti procrearunt ſex fæminas (alijs ſeptem) & totidẽ mares, quorũ quinque, ut dictum eſt, munere regio fuerunt decorati, ipſa quoque Elſabeta facilè acquiſiuit quod ille tantopere eſt admiratus, dum facta eſt coniux Regis, & genitrix non vnius, ſed plurium Regum. Tanta verò dignitate nihilo ſuperbior effecta humilis Regina Franciſci tertium ordinem ſuſcepit, eumque adeò dilexit, vt ſua, & coniugis ope viginti Cœnobia pro Franciſcanis in Polonia fuerint exædificata; nihil unquam huius ſodalitij viris quod honeſtũ erat, negans, contra quorumcumque moleſtias defendit. Sereniſſimam ſuam prolẽ ſæpè ad eorum Conuentus miſit, ut ad normam illorum Religioſiſſimę vitæ mores efformarent, ac diſcerent quietem bonæ conſcientiæ optimum

Capiſtr. coniuges benedicit.

mum

mum eſſe Principum theſaurum. At de virtutibus Eliſabethæ in ſuo loco.

Beatum quoque dicimus iſtud coniugium ex parte effectus, inter quos ille verè præcipuus, ac longè egregius, per quem principalior Dei gloria plurimum effulget, ac parentum nomen immortali claritudine Eccleſiæ militantis Cælo, ne dum terrarum orbe, ſolem ipſum vincens, coruſcat. Singulis annis in Romana ſacraque Monarchia dum 4. Martij die feſtum S. Caſimiri, qui conſummatus in breui virtutibus, & meritis plenus, pronũciato mortis die, inter ſacerdotũ, & Religioſorum choros ſpiritum Deo reddidit anno ætatis 25. Chriſti 1482. natus iam 1458. canonizatusque à ſummo Pontifico Leone X. celebratur, nonne etiam inter publica ſupplicantium vota preceſque totus pariter fidelium cætus repetit pro parente Rege verba illa *Gloria patris eſt filius ſapiens.* itidemque pro Regina matre illa alia *Benedictus fructus ventris tui.* Hinc eſt, quod in exordio Eccleſiaſticæ commemorationis textura hiſtorica in eius officio ad 2. nocturnum, vt vocăt, hoc modo incipit. *Caſimirus patre Caſimiro, matre Eliſabetha Auſtriaca Poloniæ Regibus ortus &c.* Benedictio ergo B. Capiſtrani ex Dei omnipotentis parte nouellis ſponſis impartita gratia adeo plena in coniuges cecidit, vt ſemine regio grauidatus Reginæ Eliſabethæ vterus, illum proculdubio genitricis Ducis Samſonis antecellit, & omnes alios pariter, è quibus in Auſtriaca ſobole tot Heroas exiere. Quem pepere haud Nazarenum, ſed Polonicum Samſonem feliciſſimi coniuges Caſimirus, & Eliſabetha, tanto antiquiorem, Hæbreumque longè ſuperauit, quanto noua lex Euangelij veterem, per hanc euacuatã, & abolitã. Præterquam quod ne caſtitatis ac pudicitiæ theſaurum de medicorum conſilio, pro illo ſaluando propriæ vitæ, Caſimirus amitteret, vitam ipſam perdere minimè renuit, fortiorq., valentior, ac fortunatior viſus eſt mortuus quam viuus. Etenim cum eſſet Dux Lithuaniæ electus à quibuſdam proceribus in Regem Vngariæ, miſſuſque à patre aduerſus Huniadem 1471. irrito, & infelici conatu reuerſus in Lithuaniam, tabe conſumitur Vilnæ, ibique in Baſilica honorificè ſepelitur cælebs. Atque robore, & dignitate mortali exutus, indutuſque immortali potentia, poſt obitum egregijs miraculis cõteſtata, itemque in illo Beatæ vite transformatus de claritate in claritatem, per quam ablato quocumq; enigmate Deus videtur ſicuti eſt, Lithuanis ſuis exiguo numero ad potentiſſimi hoſtis inſperatam irruptionem trepidantibus in aere apparens, inſignem tribuit victoriam. Sed reuertamur ad alia.

In feſto. 4. Martij celeb. à tota Eccl.

Demonſtratum eſt ſuperius, vbi de coniugijs Iudithæ & Clementiæ ſororum, quas Rudolphus Genearches, ac Cæſar Habsburgicus procreauerat, egimus, quomodo alteram (annexo quoque in illa ſerie præſente coniugio) proſapiam Regum Vngariæ propagaſſet. Sed fateor, Caſimiri Regis genealogiam ibi nimis ſtrictè, ac ſiccè præter morem exaratã eſſe. Quamobrem afferre modo quæ ex M. S. decerpſi, hicq; addere, & annectere operæ pretium duxi. ELISA-

Digitized by Google

M.S. num. 27

ELISABETHA VXOR CASImiri Regis Poloniæ ſtirps eſt vltimorum Regum Vngariæ, & Bohem. hac ſerie.

Vide breuius in matrim. Iudithæ, & Clementiæ.

CASIMIRVS IV. filius Iagellonis Vladiſlai Rex Poloniæ & Magnus Dux Lithuaniæ obijt 1492. Symbolo vſus eſt pyramide lateritia cum ianua, & ſole in ſummitate, & inſcriptione, *Sic immortalis ero. Vxor Eliſabetha Auſtriaca* Alb. 2. Imp. Archid. Auſtriæ, Vngarorum & Bohemiæ Regis filia ducta 1454. 10. Febr. quæ mortua eſt 3. Kal. Sept. 1505. Liberi.

De filiabus Eliſabethæ in fine.

VLADISLAVS natus 1456. aduerſus Matthiam Huniadem, vel Coruinum electus in Regem Bohemiæ Pragæ 1471. cum eſſet abſens, vocatus per Legatos ex Polonia coronaturque ab Epiſcopis Polonicis variaſque contentiones cum eodem Matthia Rege Vngariæ habet de Regno Bohemico. A Friderico III. Imp. inſignia Bohemici Regni ſollemni ritu Viennæ in Auſtria accepit 1477. Mortuo Matthia cum quo pacem fecerat Vngariæ renunciatur, & 1491. occupata Buda in Regem ſtudio, opera, & fauore Beatricis Reginæ viduæ coronatur. Cum Maximiliano I. Imp. certis conditionibus tranſegit, vt ſucceſſio in Vngaria penes ipſum, aut liberos vel poſteros ſuos eſſet, ſi ſtirps maſcula Vladiſlai defeciſſet. Item poſtquam nato ei filio pax cum ipſomet Cæſare, qui in eum arma mouerat, conſtituta eſt, vetera pacta inter eundem Imp. ſe & Regem Bohemiæ in celebri Conventu Viennæ 1515. renouauit, quæ connubio mox FERDINANDO nepoti promiſſa eſt ANNA huius filia Vngarica, Ludouico vero MARIA BVRGVNDICA neptis eiuſdem ex filio Philippo, & cui emporii Vratiſlauienſibus rurſus ademptum eſt. Deceſſit Budæ 1516. ſexagenario maior. Princeps Iuſtus, Clemens, Beneficus, Amans quietis, Linguæque Latinæ peritus, *Doberſi* cognominatus, eo quod in diſputationibus hac voce vſus eſt, ſi quis in deliberationibus ſcopum negotij attigiſſet. Ei ſoror

Gans ponit 1492.

HEDVVIGIS nata 1457. appetita in matrimonium à Matthia Rege Vngariæ, quem mater ob generis ignobilitatem aſpernata eſt, eamque Georgio Diuiti Duci Bauariæ in coniugem dedit 1475. adiuncta dote 32000. aureorum. Fratres S. *Caſimirus*, de quo dictum eſt. *Ioannes Albertus* Rex Poloniæ natus 1459. Poſt mortem Matthiæ Regis (hoſte Tartarico in quem parens miſerat iam bis bello ſuperato 1489) in Vngariam ad Regnum capeſſendum vocatus eſt. Verum opera Beatricis viduæ Regis prælatus eſt ipſi frater Vladiſlaus. Poſt patris obitum, ab hoſte Vngarico profligationem, receptionemque Ducatuum Glogauienſis, Saganenſis, & Tropauienſis in Sileſia ab eodem fratre, in Regem Poloniæ eligitur Peticouiæ 1492. & Cracouiæ coronatur. Demum infelici exitu arma mouens in Stephanum, reconciliatis fratribus inter

ſe, &

Digitized by Google

ſe, & ipſe in Crucigeros mouens, & in Fridericum Ducem Saxoniæ Magiſtrum Pruſſiæ expeditionem meditans, Toruniæ in Boruſſia apoplexia correptus animam exhalat cælebs 1 5 0 1. Vxores Regis Vladiſlai 1. Barbara filia Alberti Achillis Germanici Electoris Brandeburg. vidua Henrici xi. Ducis Elogou. deſponſata 1 4 7 6. ſed repudiata. 2. Beatrix filia Ferdinandi Regis Siciliæ vidua Matthiæ Regis Vngariæ, qua ratione Regnum occupauit, ſed ob ſterilitatem repudiata. 3. Anna filia Vaſconis, vel Gaſtonis Domini de Gandala, nupta 1 5 0 2. obijt in partu 1 5 0 6. Ex hac nati

Eliſabetha, quam poſtea, vt deſiderium amiſſæ coniugis leniret, mutato nomine, Annam vocauit, coronata à Maximiliano I. Imper. in Reginam Vngariæ 1514 & educata cum Maria nepte ex filio Philippo, vxore fratris, elocata Lincij Ferdinando Archiduci Auſtriæ, qui ex ea fratre interempto, Rex Vngariæ, & Bohemiæ factus eſt 1521. defuncta in partu filiæ, quæ fuit 15. proles 1 5 4 7. ætatis 43. completo cum ſemeſtri, & diebus 4. ſepulta Pragæ. Eius frater

Vide in Ferd. I fol. 314.

L V D O V I C V S Rex Vngariæ & Bohemiæ, Princeps Sileſiæ intempeſtiuo partu editus 1506. cute nondum carni obueſtita, quæ induſtria Medicorum inunctionibus tandem producta eſt. Coronatus Pragæ 1509. Patri in regnis ſucceſſit 1516. ſub tutoribus Maximiliano I. Imp. & Sigiſmundo Rege Poloniæ. Vxorem duxit Mariam Philippi Regis Caſtellæ filiam, ſororem Caroli V. & Ferdinandi Imperatorum An. C. 1521. ætatis 15. Budæ, quo Solymanus Turcicus tyrannus Belgradum propugnaculum Europæ occupauit. Victus tandem numeroſiſſimo exercitu Turcorum, paucis Regni proceribus, quibus fidere vix auderet, ſtipatus, ad Mogadam flumine oppreſſus eſt ab equo collapſo 4. Kal. Septemb. 1 5 2 6. cum annum ætatis 20. cum duobus menſibus vix exceſſiſſet, quo anno Solymanus 14. die Septemb. Budam exuperauit. Corpus Regis die S. Martini ex limo extractum, & in Alba Regali miſerabili pompa conditum eſt. Huc vſque auctor M. S. citati pro ſui argumenti demonſtratione. Reliquam vero Regis Caſimiri cum Regina Eliſabetha Auſtaiaca prolem Gans nobis mutuò præſtitit; poſtquam enim 1. 2. & 3. filium, de quibus iam diximus, conſcripſerit, ſubdit, cæteros hoc modo. 4.

Vide inferius ſingillatim de hoc coniugio in claſſe altera.

Gans annot. in arb. 5. fol. 29. col. 1.

A L E X A N D E R fratri Ioanni Alberto ſucceſſit, & cum Moſchis bellum geſſit, Tartaros, Tauricos apud Clericum inſignibus prælijs per Michaelem Glinſcium equitem Lithuanum profligauit, eo ipſo tempore, quo animam agebat 1 5 0 6. Vlnæ in Baſilica iuxta fratrem ἄπαις ſepultus. Huic frater

SIGISMVNDVS ſubrogatus 1507. Scythas bis vicit, Moſchos etiam magnis cladibus affecit. Pomeranos, Stolpenſes, Crucigeros, ac VValachos ſuo parere imperio coegit, & Albertum M. Brandeburgicum vltimum Ordinis Theutonici in Boruſſia Magiſtrum Cracouiæ in foro ſollemnibus cæremonijs eiuſdem Ducem creauit, & ius hæreditarium ipſi ac fratribus *Caſimiro & Georgio*, horum hæredibus conceſſit. Vngariæ, Bohemiæ, & Sueciæ regna oblata reſpuit. Deceſſit 1548 ætatis 81. Cracouiæ in Baſilica ſepultus filius vnicus

SIGISMVNDVS cognominatus *Auguſtus*, Patris in Regno ſucceſſor, eiuſdem exemplo Gothardum Kettler, vltimum in Liuonia Ordinis Crucigerorũ Magiſtrum, Churlandiæ, & Simigalliæ Ducem creauit. Ex tribus vxoribus, quarum I. Eliſabeth, filia Ferdinandi I. Imper. 2. Barbara Razinilia. 3. ex Pontificia diſpenſatione primæ ſoror nulla ſuſcepta prole obijt, & cũ ipſo *Iagellonia* familia *Kniſſinia* in Lithuania 9. Quintilis 1571. extincta. Regnum deinde Henrico Valeſio, Henrici II. Regis Franciæ filio oblatum eſt, & magna pompa Cracouiæ 1574. inauguratus eſt. Cum vero fratris Caroli morte audita hoc reliquiſſet, vt Galliæ corona potiretur, illud à quibuſdem proceribus Stephano Bathorio cum coniuge *Anna* Sigiſmundi Auguſti ſorore, ab alijs vero Maximiliano, ſecundi huius nominis Cæſaris filio delatum eſt: ſed hunc ille in regni ingreſſu præuenit, & ſollemniter coronatus eſt 1576. Huic poſt decennium cum veneni ſuſpicione ſublato, ſubrogatus eſt filius alterius ſororis *Sigiſmundi Auguſti*, ſcilicet Catharinæ.

Familia Iagellonica extincta. Succedit Hẽricus Valeſius

SIGISMVNDVS eiuſdem nominis tertius. Pater huius Ioannes Sueciæ Rex, qui patri Erico in maniam lapſo, in eodem Regno ſucceſſit, & bellum à fratre cœptum contra Fridericum II. Daniæ Regem per biennium continuauit. Porrò Sigiſmundus viuente adhuc patre Sueciæ Rex 1553 coronatus, deinde 1587. in Poloniam euocatus, & Cracouiæ inauguratus; plurima cum Moſchis, & Turcis bella geſſit, easque ab his, quas vix vllus Chriſtianorum Regum victorias retulit. Duæ ei coniuges *Anna Auſtriaca* Caroli Archiducis filia ſoror Ferdinandi II. Imp. ducta & coronata 1592. Mater Ladiſlai, qui ob inſignem patri Regnoque in bellis præſtitam operam, & virtutum edita ſpecimina patris ſucceſſor in Regno eſt electus. Secunda vxor ſoror prioris ex Papali indulto, ac diſpenſatione Conſtantia, parens *Ioannis Caſimiri*, Regis moderni, ac Ludouicæ prædictæ coniugis. *Ioannis, Alberti* Cardinalis, & Epiſcopi Cracouienſis. *Caroli Ferdinandi* Epiſcopi Vratislauiæ, *Alexandri* 1634. defuncti: ac demum *Anna Catharina*. Obijt mater horum 1631. Pater 1632.

Hic ducta Ludouica vt dictum eſt, ἅπαις

Sextus

Digitized by Google

Sextus Regis Caſimiri & Eliſabethæ filius *Fridericus* ex Archiepiſcopo Gneſſenſi, & Epiſcopo Cracouienſi Cardinalis Diaconus Tituli S. Luciæ, & presbiter in ſeptem ſolijs creatus 1488. obijt 1503. Filiarum Caſimiri 1. Heduuigis Georgio Diuiti Bauarię Duci nupſit. 2. Sophia inſigne cum multis vinculum, vt viſum eſt, Friderico V. March. Brandeb. 3. Eliſabetha bimula mortua. 4. Eliſabet par ferè Sophię Ducis Lig. & Brig. Friderici II. vxor. 5. Anna Bugslauo X. D. Pomeraniæ copulata. 6. Barbara coniux Georgij Ducis Saxoniç, & March. Miſniæ. Hactenus Gans. Filiæ Regis Caſimiri, & Eliſabethæ Auſtriacæ.

MATRIMONIVM XII.

Sereniſſima Kunigunda Auſtriaca filia Friderici IV. ſororque Maximiliani I. Imperatorum vxor Alberti Iunioris Bauari ac ſapientis cognomento, ſtirps modernorum Ducum Bauarię. Eius hi ſunt Progenitores.

LVDOVICVS Dux Bauariæ, & Palatinatus, filius Ludouici Iunioris, nepos Ludouici ſenioris, pronepos Othonis Iunioris, abnepos Ludouici, atnepos Othonis ſenioris Ducis quoque Bauariæ & Palatinatus. M. S. vol. 2. Num. 30. Vxor Methildis Habsburgica Rudolphi I. Imp. filia, ex qua genuit duos filios, Ludouicum, cui pater Bauarię Ducatum aſſignauit, & Rudolphum, cui idem pater Bauariæ Ducatum aſſignauit, & Rudolphum, cui idem pater Palatinatum conceſſit ita vt hoc pacto ditio, quam pater ſolus habebat, in duas partes diuideretur, Bauariam ſcilicet, & Palatinatum. Reliqua ſuperius pro totali continuatione præſentis Genealogiæ, & ſtirpis poſita ſunt in matrimonio Methildis præfatę. Ibique etiam reperitur matrimonium Alberti Iunioris cum eadem *Kunegunda*, quæ tandem opinione ſanctitatis obijt. De cuius natiuitate, prole, ac viduitate ſcripſimus breui ſuperius in Excurſu 5. fol 258 Cætera, quæ de tanta fęmina, progenie Auſtriaca, cultu viduitatis Seraphica, & obitu ſancta tractanda ſunt, alibi.

Sectio II.

PONVNTVR RELIQVA CONIVGIA filiarum Philippi I. Hiſpaniarum Regis, Caroli V. & Ferdinandi I. Imp.

MATRIMONIVM XIII.

Sereniſſima Eliſabetha VIII. Auſtriaca Philippi I. Hiſpan. Regis filia ac Caroli V. ſoror nupſit Chriſtierno II. Daniæ Regi Regno pulſi, & ipſa è viuis ſublata 1529. vt fert Gans, alij 1525.

MAnlius, qui vt diximus in Philippo I. tres tantum Regi huic fęminas concedit, nempè Mariam, Catharinam, & Leonoram, nulla facta de Eliſabetha mentione, Catharinam Reginam Daniæ efficit. Catharina, inquit, Philippi itidem filia Chriſtierno Regi Daniæ nupta in vita parum felicem incidit. Rex enim Regno exutus, & ad Carolum V. in Belgicam profugus, dum viribus collectis regnum ſuum armis recuperare nititur, à ſuis captus, in cuſtodia vitam hanc mortalem finiuit anno 1559. Ianuarij die 25. Coniugem ſuam apud Carolum V. à quo interim ſuſtentabatur in Belgica relinquens, vbi illi &c. vt inferius.

DE STEMMATE CHRISTIERni II. Regis Daniæ, Noruergiæ, & Sueciæ.

CHRISTIANVS I. filius Theodorici Fortunati Comitis Oldeburgenſis, & Delmenhorſtenſis, & Hedvvigis filiæ Conradi I. Ducis Sleſuicenſis, ac Comitis Holſatiæ, educatus ab Adolpho Duce Sleſuicenſi auunculo, cuius opera electus eſt à Proceribus in Regem Daniæ XCV. Sueciæ, Norvvegiæ, Gotthorum, Vandalorumque, Ducem Sleſuicenſem, & Comitem Holſatiæ, Stormariæ, Wagriæ, & Dietmarſchiæ &c. Moritur 1482. regni Danici 33. Norvvegici 32. Suecici 25. ætatis 56. 22. Maij Haffniæ, ſepultus Roſchildæ. Vxor Dorothea filia Ioannis Marchionis Brandeburgici, vidua Chriſtophori III. Regis Daniæ, mortua Sandeburgi, ſepulta iuxta maritum.

[Margin: de breuius in matrimon Agnetis filiæ Rudolph. I. Imp.]

JOANNES poſt fratres *Olauum* peſte extinctum 1451. & *Canutum* Rex Daniæ XCVI. Sueciæ, & Norvvegiæ coronatus 1478. obijt 1513. regni 35. ætatis 58. Vxor Chriſtina Erneſti Elect. Sax. filia.

CHRISTIANVS II. Primogenitus (alijs Chriſtiernus) Rex Daniæ XCVII. Norvvegiæ, & Sueciæ, natus 1481. ob crudelitatem regno pulſus 1522. Captus 1532. mortuus Callenburgi 1559. ætatis 77. ſepultus Ottoniæ iuxta patrem. Vxor *Eliſabetha Auſtriaca &c.* Fratres, *Philippus*, *Maximilianus*, ambo infantes extincti. *Ioannes* obijt Steinbruch apud auunculum Carolum V. Imp. 1532. eodem die quo pater captus eſt. Dorotea nupta Friderico Palatino Electori 1532. Mater Doroteæ, nempè

nempè Eliſabeta Auſtriaca Marito ob tyrannidem à ſuis pulſo, & poſt capto, in Belgio vitam tranſegit (& vitam ſanctam, ait Manlius) obijtque 1525. 4. Cal. Febr. Gandaui ſepulta. Dicitur hâc Reginâ eodem Manlio teſte, rebus in aduerſis tanta enituiſſe animi patientia, vt cum ipſo B. Iob certare potuiſſe crederetur. *Chriſtina* vxor 1. Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolani. 2. Franciſci Ducis Lotharingiæ. Hæc ex M. S. citato. Quæ deſunt vſque ad noſtra tempora, quære ſuperius in matrimonio Annę, Cæſaris Rudolphi I. neptis ex filia Agnete.

De ſtirpe Ducum Lotharingiæ.

PEr Eliſabetham II. Alberti I. Imp. filiam, vxoremque Friderici cognomento Athletæ Lotharingiæ Duci, de quo dictum eſt ſuperius in eius matrimonio, deducitur antiqua Lotharingorum ſtirps, ex qua etiã Guiſii originati. Ex hac vero Eliſabetha VIII. modernorum trahitur poſteritas, & ſoboles. Priorem genuiſſe 26. liberos teſtatur Reiſnerus apud Gans in annot. ad Arbor. 2. ex quibus, hic addit, hos nominatos invenio. Primò *Rudolphum* ſtemmatis propagatorem, in bello cum Ioanne Bohemiæ Rege occiſum 1346. vnico relicto hærede Ioanne. Secundo Theobaldum Treuirenſem Archidiaconum. Tertium Chorepiſcopum *Albertum* Leodij. *Margaritam* de hinc filiam, Duci Cabilonenſi primum nuptam, & eo à fratre occiſo, Domino de Rapolſtein, eique filium peperit, qui 18. anno veneno ſublatus eſt. *Agnetem* Ludouico Marchiati Comiti elocatam. *Blandam* Longicampi ſanctimonialem. *Eliſabeth* Eginoni Comiti Zaringiæ traditam, & *Annam* Ludouici Palatini in haſtiludijs occiſi coniugem. Poſteriorem deinde Eliſabetham (Manlius perperam vocat eam Catharinam, quæ fuit eius ſoror, quartò nata) de qua agimus, idem Gans pro deducenda ipſamet Ducum Lotharingorum poſtremorum ſobole exhibet arbore eadem in filia *Chriſtina*. Nam huius maritus Franciſcus, filius Antonij, alterius Renati Lotharingiæ Ducis filij, in aula Franciſci I. Valeſii educatus, apoplexia in Romarico monte tactus obijt. Eius vxor Chriſtina, de qua mox expreſſius, cum duabus filiabus ab Henrico II. Franciæ Rege in Germaniam ablegata. *Carolus* filius ab eodem in Galliam abductus, Claudiæ eiuſdem filiæ deſponſatus, duo progenuit filios ſtemmatis propagatores, *Henricum* Lotharingiæ Ducem, & *Franciſcum* Vadamontis comitem &c. Omnia hæc & alia in matrimonio Eliſabethæ Alberti I. Imp. filiæ. Quæ vero tradidit M. S. ad probandum idemet argumentũ ſunt huiuſmodi, & primò titulus hoc modo. *CHRISTINA Chriſtiani II. Daniæ Regis filia, Caroli V. Cæſaris neptis ex ſorore, ſtirps modernorum Ducum Lotharingiæ.* Poſtea ſequitur, collocando primo loco eius connubium.

Vide ſuperius in matrimo. Eliſab. Alb. I. Imp. filiæ.

Liberi Eliſab. II. Auſtriacæ.

M. S. vol. 2. Num. 47.

Digitized by Google

FRANCISCVS Lotharingiæ, Barri, Calabriæ, Feldriæ, & Zuphaniæ Dux & Marchio. Vxor Chriſtina filia Chriſtierni Regis Daniæ, & vidua Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolanenſis, ducta Bruxellis 1541. Hæc poſt mariti obitum cum Nicolao contendens de gubernatione Ducatus, ab Henrico II. Rege Franciæ quamcitius, vt alibi exulem vitam duceret Lotharingia pellitur cum filiabus, Carolo ſecum abducto in Franciam. Obijt in Inſubria 1590. ætatis 67.

CAROLVS Marchio & Dux Lotharingiæ, Barrique natus 1542. abductus ab Henrico II. Rege prædicto in Galliam. Symbola eius &c. reliqua vide ſuperius in locis citatis.

MATRIMONIVM XIV.

Sereniſſima Catharina Auſtriaca poſthuma

eiuſdem Philippi I. Regis Hiſpan. filia nupſit Ioanni III. Portugalliæ Regi anno 1576. quo ſimul Carolus V. Imp. frater Iſabellam ſororem duxit. Stirps eſt poſtremorum Regum Luſitaniæ. Vti videre eſt ſuperius in altero Philippi II. Hiſpaniarum Regis coniugio.

MATRIMONIVM XV. Duplex.

Sereniſſima Margarita Auſtriaca Caroli V.

Extra M. S. & extra mulieres legitimas.

Imper. filia nupſit primò Alexandro Medicæo ἄπαις. Deinde Octauio Parmenſi 1538. ſub Pontificatus Pauli III. Farneſii annum 3. Imperij vero paterni 16.

STIRPS EST PRÆSENS MARgarita Auſtriaca, incomparabilis meriti fœmina, etſi ſoboles illegitima Ducum modernorum Parmæ, & Placentiæ.

Quorum hæc eſt proſapia.

CLaram Principum Parmæ, & Placentiæ progeniem obiter indigitauimus, vbi egimus de ſtirpe Medicæa in matrimonio Sereniſſ. Archiducis noſtri cum Anna Medices. Nunc verò paulo diſtinctius

ctius eam ex Onuphrio Panuino, Franciſco Sanſouino ac poſtremo ad hæc noſtra tempora ex Comite Loſchi ſtuduimus recenſere. Et quidem Farneſiana Gens cum à maioribus, quorum ſummi honores & res præclarè geſtæ memorantur, magnum decus atque ornamentum accepit, tum ætate noſtra, quibus rebus mortalium vita honeſtatur, ijs ita omnibus excellit, vt Italicarum gentium pauciſſimas cum ea vel opibus, vel dignitate conferri, virtute quidem & ſtudio maximarum rerum, vnde vera nobilitas petitur, præferri nullam poſſe exiſtimem. Claritudo igitur huius ſobolis, quæ principem hodie locum inter Romanos tenet, perantiqua, ſiquidem eius honorifica mẽtio ante annos ſexcentos & amplius in vrbis veteris vetuſti Etruriæ oppidi annalibus & antiquis monumentis addiſcitur. Origo vero illius vnde oborta, duæ capitales ſententiæ (quas recitat Sanſouinus, quęque apud Onuphriũ & alios coincidunt inter ſe, ac nequaquã ſunt diuerſę) reperiũtur. Prior ipſam priſcis temporibus cum alijs multis, quæ partim per varia terræ Italiæ loca conſedere, ex Germania in Cæſarum comitatu, qui Italicum iter magna nobilium Germanorũ copia ſtipati, frequentare ſolebant, veniſſe contendit. Cuius generis proceres cum multa animi corporiſque egregia documenta dediſſent aliquot oppido- in Vulſinenſibus, & Salpinatibus ditionem ſibi vindicarunt. In Vrbem deinde virtutis ergo adſciti ad noſtram vſque ætatem potentia & opibus ſummum claritatis locum obtinuere.

Onuph. in Paulo III. vbi de familia Farneſia.

Sanſou. de Farneſibus.

1. Sententia de origine familiæ Farneſiæ.

Altera ſententia, Farneſios antiquos extitiſſe Tuſcos, firmiter aſſerit. Quod maximè ab ipſo familiæ nomine probant. Farnetus nanque eſt Etruriæ pagus, quo ſtirps ipſa potitur, ita nuncupatus à frequentibus farnis, quod *Quercus* genus eſt. Hinc in antiquis monumentis eos de Farneto vocari animaduertitur. Et Ioannes Annius Viterbienſis in commentario ſupra Antonini Pij itinerarium eam vocat Farnaciam his verbis Varentanum nomen retinet circa Lacum Volſinienſem, & ſpectat ad Domum *Farnatiam* vulgò *Pharneſiam*. Præterea conſpicitur eius principalem, tam ſtati, quam alterius rei baſim, ac fundamentum ex maiori parte temporibus iam præteritis in Tuſcia extitiſſe. Eius dein poſteri inter Pontificum, & Imperatorũ diſſentiones, incredibili valore, atque felicitate rebus Eccleſię, Guelfam factionem tenentes, profuerunt. Qua de re literis, & armis tanquam vberrimum Heroum ſeminarium viros illuſtres quamplurimos Orbi Chriſtiano edidit. Radix ergo & rami, quos affert Loſchi ad ſchemma huius familiæ arboris, tali ordine diſponuntur.

Sanſou. ibidẽ II. Sentent.

PETRVS Farneſius Oruieti 1037. Conſul (ſub Conſulibus vrbs illa tunc temporis regebatur) Sanſouinus ponit annos decem minus, aitq; & quamuis altioris inuenĩedi principij plurimum elaborauerim, gnarus antiquiores ſcripturas hac in re inueniri, attamen his carens, deſiderium meum minime adimplere valui.

Digitized by Google

PETRVS Farneſius eius filius 1099. Primas effectus, imò ſecundum alios Oruietanæ urbis Princeps, factiones Guelphas, ac Gibellinas repreſſit. Paſchale II. Romano Pontifice equitum Eccleſiaſticorum magiſter inſigni victoria de Pontificis hoſtibus in Vulcientium litore parta, vetuſtiſſimam coloniam Coſſam Vrbitelli nomine reſtituit.

PETRVS II. equitatus Eccleſiæ Præfectus vulgò Capitaneus vicit hoſtes ad Tuſciȩ maremmas 1144. Sanſouino 1099. confundens fortè hunc cum eius parente, vel quia vterque idem ſint.

PRVDENTIVS eius filius Oruieti Conſul 1144. (Sanſou. 1164) Eccleſiæ libertatem conſeruauit. De eo expliticius Onuphrius, Prudentius Petri ſenioris filius Lucio II & Prudentij geniti Popo, & Ranutius Innocentio III. egregiè pro Eccleſiaſtica libertate operam nauarunt. Quorum poſteri in ciuilibus inter Romanos Pontifices, & Imperatores diſſentionibus Romanæ Eccleſiȩ partes ſȩpè afflictas, & diſſectas magna fortitudine, & felicitate ſuſtinuere.

PETRVS III. Oruieti Conſul 1174. Tolomeos exules Senis remiſit, recuperauitq; Mõtem Politianum, Oruietanis ſublatum. *Popo* eius filius militiæ Oruentanȩ Dux 1177. Moxque Vrbis Conſul 1183. quo tempore à ſummo Pontifice Celeſtino, quem cum tota eius Aula ibi que receperat, varias gratias in Oruieti fauorem obtinuit. Peponis frater ſtemmatisque propagator

RANVTIVS I. Conſul Oruieti, ac Florentinorum Dux 1190. ſiue cum Sanſou. 1191 adverſus Ghibellinos.

RANVTIVS II. eius filius Primas Oruieti, ac S. Eccleſiȩ armorum (quo munere multa inſignia facinora geſſit) magiſter. Senſo eius filius 1252. vir fuit virtute bellica egregius. Nicolaus frater Ranutij II. 1265. Præfectus equitum Patrimonij Eccleſiȩ.

PETRVS IV. de quo ſpecialius Panuinus. Clariſſimus inter multos ex Farneſia gente fuit Petrus Ranutij filius, Poponis nepos, qui anno à partu Virginis 1313. Vrbis veteris multis regulis, & nobiliſſimis familijs tunc refertæ, princeps factus, patriam à ciuili Guelforum, & Gibellinorum ſeditione liberauit. Florentini ſub tanto Duce Piſanos (1360 Piſa iam ſubiugata, vt ſupputat Loſchi) grauiſſimo prælio attritos, eò redegerunt, vt clariſſimæ ciuitatis vires præcipuis ciuibus amiſſis, paulatim conciderint. Petrus Ancaranus ciuilis Pontificijque iuris præſtantiſſimus interpres, cuius plura ingenij inſignia extant monumenta, ex gente Farneſia originem habuit. *Guidus* Epiſcopus Oruieti anno 1319. Ioannis xxi. Papæ Dux fuit, atque Eccleſiæ Patrimonij. Dicitur hunc Principem ciuitatis ex communi conſenſu electum 1323. Ipſumque grauiſſimas illius tempeſtatis, qua tota ditio miſerrimè præmebatur, ſedaſſe diſcordias longe grauiſſimas, ac demum felici regimine gubernaſſe.

Petrus Ancaranus Farneſius.

RANVCIVS III. Petri 4. filius ac Montis alti Dominus 1438. Eccleſiaſtici exercitus ſtrenuum Imperatorem Eugenio IV. Pontifice

Maximo

Digitized by Google

Maximo contra Romanæ Eccleſiæ perduelles, qui frequentes & potentiſſimi per ea tempora fuere, egit, ab eodem Pontifice *aurea Roſa* donatus. Huic filius

PETRVS LVISIVS 1468. Vxor Ioannella Gaetana de Sermoneta Bonifacij VIII. Gentili illuſtri ſanguine nata, lectiſſima, & antiqui exempli matrona. Ex hoc feliciſſimo coniugio prodijt

ALEXANDER Cardinalis, deinde Chriſti Vicarius, Paulus huius nominis III. vocatus 1534. Hic vetera familiæ ſuę decora vehementer auxit. Pontifex magnę famę, Princepsque actorum rerumque ab eo prȩclarè geſtarum maieſtate laudatiſſimus. Hic inſuper prȩcipuum ſuę Sereniſſimę Domus fulcimentum, ac baſis, tribuens ei larga manu Palatia, titulos, ſtatus, immenſaſque diuitias.

PETRVS LVISIVS eiuſdem Alexandri filius. Nemo Romanorum Pontificum ad hanc diem plures patres, qui vnus, & 70. fuere, ſacro purpurę honore donauit, quemadmodum Paulus iſte. Quatuor Summi Pontifices, qui nuſquam interrupta ſerie poſt eum ad ſummum Pontificię dignitatis apicem peruenere, ex eius lectionibus prodierunt Iulius III. Marcellus II. Paulus IV Pius IV. Sub eo 1545. cœpit Concil. Trid. & in creaturis ſuis Iulio, & Pio continuauit, terminauit. Petrus ergo Dux primũ Caſtri, & Camerini, moxq; prior etiam Parmę ac Placentię 1545. in proprio domicilio trucidatus, nec non eius domus hinc inde variè afflicta, ac plurimum debilitata. Liberi duo Cardinales, Alexander egregij nominis apud ſcriptores Heros, & Ranutius, item Horatius, & Victoria, ille 11. Caſtri, hæc vero Vrbini Dux. Sed Primogenitus

De Paulo III. Pontif. Max.

OCTAVIVS Dux Caſtri, & Camerini ac poſtremo Parmæ, ac Placentiæ 1547. Princeps corporis, & animi formoſiſſimus. Inter cæteras in eo prȩrogatiuas, & omnes præclaras, vis bellica, firma in promiſſionibus fides, morumque incorruptibilitas. Quibus maritali vinculo Margarita Auſtriaca coniuncta, ac pari dotum ligamine colligata Domus Farneſia iterum aucta ex dote coniugis ſuæ aliquot feuda in Regno noſtro obtinuit. Defuncto & hoc 2. marito, Belgij pro fratre gubernatrix facta 1559. Margarita, tandem feliciter obijt 1586. cum gubernaſſet ann 27. Ex tam felici coniugio nominatiſſima illa proles exiuit cui nomen

ALEXANDER Dux Parmæ, & Placentiæ nouuſque Italarum Alexander, germinans, vt pronepos ratione patris, atque vt nepos ratione matris ex duobus ſummis orbis terrarum Monarchis, alter totius Eccleſiæ, alter vero totius Mundi. In Belgio militans auunculo ſuo Philippo II. in rebus martialibus, ac magnæ dexteritatis, & prudentiæ facinoribus priſcos adæquauit Heroas. Obijt 1590. Vxor Maria Portugalla Duartis filia. Liberi *Odoardus* Cardinalis, ac *Margarita* Mantuæ Dux repudiata. Hæres filius, & ſucceſſor

RANVCIVS Dux Parmæ, & Placentiæ 1596. Seuerus, magnus Politicus, & Statiſta. Vxor Margarita Aldobrandina Clementis VIII. neptis per quam vir eius perpetuus Eccleſiæ *Confalonarius* creatus, ad arma gentilitia hoc quoque ſcutum in medio additum. Ante prolem legitimam genuerat Horatium naturalem, Principem præter innatam membrorum pulchritudinẽ inſignibus virtutibus dotatum. Huic transferre hæreditatem, ac regimen parens, qui per plures annos nihil procreauerat, volebat. At demum coniux ei peperit Alexandrum mutum, poſtea Odoardum, Franciſcum Mariam Cardinalem, Mariã, ac Victoriã Duces Mutinæ. Propter primigeniti incapacitatem ſucceſſit

ODOARDVS Dux Parmæ, & Placentiæ 1622. cuius res geſtæ ſub Vrbano VIII. caſtri excidium lachrymabile præter multa alia miſeranda, ſub Innocentio X. actum, diſpoſuere. Obijt ſub flore iuuentutæ ann. ætatis 34. Coniux eius, cuius meliora conſilia ſequi Odoardus debuerat, quemadmodum & hæres ſuperſtes Ranucius, noſtræ Ser. Archiducis Annæ ſoror Margarita Mediceа: Dux tantæ pietatis, & prudẽtiæ in rebus agendis, vt in dies à ſubiectis magis ametur, commendetur, & ab eſteris prædicetur. Et quidem niſi hæc mariti ſui, ac filiorum ditioni columna extitiſſet, ea funditus conuulſa viſa eſſet.

RANVCIVS Dux Parmæ, ac Placentiæ 1646. Fratres Petrus, Alexander, Horatius, (ex his vnus obijt in bello Candiæ) Maria Magdalena, & Catharina Principes gratia multa, formoſitate, ac ingenuis dotibus exornatæ, & iam maturæ viris.

MATRIMONIVM XVI.

Sereniſſima Maria II. Auſtriaca Cæſaris Ferdinandi I. filia nupſit Ratisbonæ Gulielmo Iuliæ, & Cliuiæ, Duci die 18. Iulij 1546. ſub Pontificatus Pauli III. annum 12. Imperij verò Caroli V. patrui 27.

Kil. in eicone Ferd. II. mp.

AGens Kiliani eiconum interpres de iſta Archiduciſſa Maria, ac de eius natiuitate, nuptijs, & nonnullis alijs, quemadmodum, & de eius morbo, & exceſſu, hæc ſcribit. Sexta Imp. Ferd. I. proles Maria II. nata Pragæ 15. Maij (die Lunæ ſubdit Manlius intra primã, & ſecundam horam pomeridianam in ſigno Tauri) nupta Gulielmo Ratis-

Digitized by Google

gratiam recipitur. Obijt 1592. Vxor Maria Auſtriaca filia Ferdinandi I. Cæſaris ducta 1546. Liberi ſex. *Maria Eleonora* vxor Alberti Friderici Ducis Pruſſiæ, mater Annæ, Auia Mariæ Eleonoræ, proauia Reginæ Chriſtinæ Catholicæ ſuperſtitis. Vide Gans in arbore 10. ac relationem noſtram de fidei profeſſione eiuſdem Reginæ, hic Oeniponti emiſſa, fol. 28. in Geneal. Hiſpanicè impreſſa. *Anna* vxor Philippi Ludouici Bipontini, *Magdalena* vxor Ioannis Palatini Neoburgici, *Sybilla* vxor Caroli Auſtriaci Marchionis Burgrauij, *Carolus* obijt Romæ 1575. Ioannes VVilhelmus epiſcopus Monaſterij duxit vxorem Antoniam filiam Caroli Ducis Lotharingiæ 1585. Obijt 1609. poſtremus. Hactenus M.S. loco citato.

Ex hac ſtirpe Reginæ Chriſtinæ, vt in I. parte demonſtratum eſt.

Vide hoc Coniugium inter Ferdinandi II. Arch. matri. primo.

MATRIMONIVM XVII.

Sereniſſima Leonora II. Auſtriaca Cæſaris

Ferdinandi I. filia nupſit menſe Maio Gulielmo Gonzagæ Duci Mantuæ 1561. ſub Pontificatus Pij IV. anno 1. Imperij vero fraterni Maximil. I. 3.

NAtiuitas huius celeberrimæ Principis cõtigit, teſte Manlio, & alijs Viennæ 1534. 2. Nouembr. die Lunæ intra quintam, & ſextam horam matutinam in ſigno Libræ. Idem auctor affert præiactum nuptiarum tempus. Felicitas deinde eius matrimonij pendet ex ſupradictis in coniugio ſanctiſſimæ filię ſuæ Catharinæ Annæ, ſiue Annę Iulianæ cum patruo Ferdinando II. Arch. cum quo edidit coniugem Matthiæ Imperatoris. Dictum eſt etiam ſuperius de Gulielmo Gonzaga Friderici ex Margarita, filia, & hęrede Gulielmi Paleologi Marchionis Montisferrati filio Duci Mantuæ III. quem Imperator Maximil. II. ex Marchione Ducem Montisferrati creauit. Inſignes virtutes Leonoræ ſuo loco transferre promiſimus. De Gonzagorum præclariſſima, & antiquiſſima progenie iam plenè actum eſt. Propagatio præſentis connubbij nonniſi limina attigit naturæ. Genuit enim ſolummodo tanta parens marem vnicum *Vincentium* Leonoræ Magni Ducis Ethruriæ Franciſci genitę maritum, atque Leonorę Imperatricis Ferdinandi II. Imp. alterius coniugis patrem. Hinc aduertendus error M. S. tom. 2. ſub num. 62. vbi hæc poſt alia de Gulielmo. Genuit autem Gulielmus hic Franciſcum, cui nupta eſt Catharina V. Maximiliani II. Imper. ſoror vidua Sigiſmundi Auguſti Regis Polonię vltimi ex proſapia Iagellonica, qui obijt 1572. At Franciſcus iſte (vt verius fert Kilianus & nos alibi attulimus) non fuit Gulielmi filius, ſed frater

Kilianus loco citato.

Digitized by Google

SIGISMVNDVS ſubrogatus 1507. Scytharbis vicit, Moſchos etiam magnis cladibus affecit. Pomeranos, Stolpenſes, Crucigeros, ac VValachos ſuo parere imperio coegit, & Albertum M. Brandeburgicum vltimum Ordinis Theutonici in Boruſſia Magiſtrum Cracouiæ in foro ſollemnibus cæremonijs eiuſdem Ducem creauit, & ius hæreditarium ipſi ac fratribus *Caſimiro & Georgio*, horum hæredibus conceſſit. Vngariæ, Bohemiæ, & Sueciæ regna oblata reſpuit. Deceſſit 1548 ætatis 81. Cracouiæ in Baſilica ſepultus filius vnicus

SIGISMVNDVS cognominatus *Auguſtus*, Patris in Regno ſucceſſor, eiusdem exemplo Gothardum Kettler, vltimum in Liuonia Ordinis Crucigerorū Magiſtrum, Churlandiæ, & Simigalliæ Ducem creauit. Ex tribus vxoribus, quarum I. Eliſabeth, filia Ferdinandi I. Imper. 2. Barbara Razinilia. 3. ex Pontificia diſpenſatione primæ ſoror nulla ſuſcepta prole obijt, & cū ipſo *Iagellonia* familia *Kniſsinia* in Lithuania 9. Quintilis 1571. extincta. Regnum deindè Henrico Valeſio, Henrici II. Regis Franciæ filio oblatum eſt, & magna pompa Cracouiæ 1574. inauguratus eſt. Cum vero fratris Caroli morte audita hoc reliquiſſet, vt Galliæ corona potiretur, illud à quibuſdem proceribus Stephano Bathorio cum coniuge *Anna* Sigiſmundi Auguſti ſorore, ab alijs vero Maximiliano, ſecundi huius nominis Cæſaris filio delatum eſt: ſed hunc ille in regni ingreſſu præuenit, & ſollemniter coronatus eſt 1576. Huic poſt decennium cum veneni ſuſpicione ſublato, ſubrogatus eſt filius alterius ſororis *Sigismundi Auguſti*, ſcilicet Catharinæ.

Familia Iagellonica extincta.

Succedit Hēricus Valeſius

SIGISMVNDVS eiuſdem nominis tertius. Pater huius Ioannes Sueciæ Rex, qui patri Erico in maniam lapſo, in eodem Regno ſucceſſit, & bellum à fratre cœptum contra Fridericum II. Daniæ Regem per biennium continuauit. Porrò Sigiſmundus viuente adhuc patre Sueciæ Rex 1553 coronatus, deinde 1587. in Poloniam euocatus, & Cracouiæ inauguratus; plurima cum Moſchis, & Turcis bella geſſit, eaſque ab his, quas vix vllus Chriſtianorum Regum victorias retulit. Duæ ei coniuges *Anna Auſtriaca* Caroli Archiducis filia ſoror Ferdinandi II. Imp. ducta & coronata 1592. Mater Ladiſlai, qui ob inſignem patri Regnoque in bellis præſtitam operam, & virtutum edita ſpecimina patris ſucceſſor in Regno eſt electus. Secunda vxor ſoror prioris ex Papali indulto, ac diſpenſatione Conſtantia, parens *Ioannis Caſimiri*, Regis moderni, ac Ludouicæ prædictæ coniugis. *Ioannis Alberti* Cardinalis, & Epiſcopi Cracouienſis. *Caroli Ferdinandi* Epiſcopi Vratislauiæ, *Alexandri* 1634. defuncti: ac demum *Anna Catharina*. Obijt mater horum 1631. Pater 1632.

Hic ducta Ludouica vt dictum eſt, ἄπαις

Sextus

Digitized by Google

Sextus Regis Caſimiri & Eliſabethæ filius *Fridericus* ex Archiepiſcopo Gneſſenſi, & Epiſcopo Cracouienſi Cardinalis Diaconus Tituli S. Luciæ, & presbiter in ſeptem ſolijs creatus 1488. obijt 1503. Filiarum Caſimiri 1. Heduuigis Georgio Diuiti Bauarię Duci nupſit. 2. Sophia inſigne cum multis vinculum, vt viſum eſt, Friderico V. March. Brandeb. 3. Eliſabetha bimula mortua. 4. Eliſabet par ferè Sophię Ducis Lig. & Brig. Friderici II. vxor. 5. Anna Bugslauo X. D. Pomeraniæ copulata. 6. Barbara coniux Georgij Ducis Saxonię, & March. Miſniæ. Hactenus Gans.

Filiæ Regis Caſimiri, & Eliſabethæ Auſtriacæ.

MATRIMONIVM XII.

Sereniſſima Kunigunda Auſtriaca filia Friderici IV. ſororque Maximiliani I. Imperatorum vxor Alberti Iunioris Bauari ac ſapientis cognomento, ſtirps modernorum Ducum Bauarię. Eius hi ſunt Progenitores.

LVDOVICVS Dux Bauariæ, & Palatinatus, filius Ludouici Iunioris, nepos Ludouici ſenioris, pronepos Othonis Iunioris, abnepos Ludouici, atnepos Othonis ſenioris Ducis quoque Bauariæ & Palatinatus. Vxor Methildis Habsburgica Rudolphi I. Imp. filia, ex qua genuit duos filios, Ludouicum, cui pater Bauarię Ducatum aſſignauit, & Rudolphum, cui idem pater Bauariæ Ducatum aſſignauit, & Rudolphum, cui idem pater Palatinatum conceſſit ita vt hoc pacto ditio, quam pater ſolus habebat, in duas partes diuideretur, Bauariam ſcilicet, & Palatinatum. Reliqua ſuperius pro totali continuatione præſentis Genealogiæ, & ſtirpis poſita ſunt in matrimonio Methildis præfatę. Ibique etiam reperitur matrimonium Alberti Iunioris cum eadem *Kunegunda*, quæ tandem opinione ſanctitatis obijt. De cuius natiuitate, prole, ac viduitate ſcripſimus breui ſuperius in Excurſu 5. fol 258 Cætera, quæ de tanta fęmina, progenie Auſtriaca, cultu vidiutatis Seraphica, & obitu ſancta tractanda ſunt, alibi.

M. S. vol. 2. Num. 30.

Sectio II.

PONVNTVR RELIQVA CONIVGIA filiarum Philippi I. Hiſpaniarum Regis, Caroli V. & Ferdinandi I. Imp.

MATRIMONIVM XIII.

Sereniſſima Eliſabetha VIII. Auſtriaca Philippi I. Hiſpan. Regis filia ac Caroli V. ſoror nupſit Chriſtierno II. Daniæ Regi Regno pulſi, & ipſa è viuis ſublata 1 5 2 9. vt fert Gans, alij 1525.

MAnlius, qui vt diximus in Philippo I. tres tantum Regi huic fęminas concedit, nempè Mariam, Catharinam, & Leonoram, nulla facta de Eliſabetha mentione, Catharinam Reginam Daniæ efficit. Catharina, inquit, Philippi itidem filia Chriſtierno Regi Daniæ nupta in vita parum felicem incidit. Rex enim Regno exutus, & ad Carolum V. in Belgicam profugus, dum viribus collectis regnum ſuum armis recuperare nititur, à ſuis captus, in cuſtodia vitam hanc mortalem finiuit anno 1559. Ianuarij die 25. Coniugem ſuam apud Carolum V. à quo interim ſuſtentabatur in Belgica relinquens, vbi illi &c. vt inferius.

DE STEMMATE CHRISTIERni II. Regis Daniæ, Noruergiæ, & Sueciæ.

CHRISTIANVS I. filius Theodorici Fortunati Comitis Oldeburgenſis, & Delmenhorſtenſis, & Hedvvigis filiæ Conradi I. Ducis Sleſuicenſis, ac Comitis Holſatiæ, educatus ab Adolpho Duce Sleſuicenſi auunculo, cuius opera electus eſt à Proceribus in Regem Daniæ XCV. Sueciæ, Norvvegiæ, Gotthorum, Vandalorumque, Ducem Sleſuicenſem, & Comitem Holſatiæ, Stormariæ, Wagriæ, & Dietmarſchiæ &c. Moritur 1482. regni Danici 33. Norvvegici 32. Suecici 25. ætatis 56. 22. Maij Haffniæ, ſepultus Roſchildæ. Vxor Dorothea filia Ioannis Marchionis Brandeburgici, vidua Chriſtophori III. Regis Daniæ, mortua Sandeburgi, ſepulta iuxta maritum.

[De breuius in matrimon Agnetis filiæ Rudolph. I. Imp.]

JOANNES poſt fratres *Olaum* peſte extinctum 1451. & *Canutum* Rex Daniæ XCVI. Sueciæ, & Norvvegiæ coronatus 1478. obijt 1513. regni 35. ætatis 58. Vxor Chriſtina Erneſti Elect. Sax. filia.

CHRISTIANVS II. Primogenitus (alijs Chriſtiernus) Rex Daniæ XCVII. Norvvegiæ, & Sueciæ, natus 1481. ob crudelitatem regno pulſus 1522. Captus 1532. mortuus Callenburgi 1559. ætatis 77. ſepultus Ottoniæ iuxta patrem. Vxor *Eliſabetha Auſtriaca &c.* Fratres, *Philippus, Maximilianus*, ambo infantes extincti. *Ioannes* obijt Steinbruch apud auunculum Carolum V. Imp. 1 5 3 2. eodem die quo pater captus eſt. Dorotea nupta Friderico, Palatino Electori 1532. Mater Doroteæ, nempè

nempè Eliſabeta Auſtriaca Marito ob tyrannidem à ſuis pulſo, & poſt capto, in Belgio vitam tranſegit (& vitam ſanctam, ait Manlius) obijtque 1525. 4. Cal. Febr. Gandaui ſepulta. Dicitur hâc Reginâ eodem Manlio teſte, rebus in aduerſis tanta enituiſſe animi patientia, vt cum ipſo B. Iob certare potuiſſe crederetur. *Chriſtina* vxor 1. Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolani. 2. Franciſci Ducis Lotharingiæ. Hæc ex M. S. citato. Quæ deſunt vſque ad noſtra tempora, quære ſuperius in matrimonio Annę, Cæſaris Rudolphi I. neptis ex filia Agnete.

De ſtirpe Ducum Lotharingiæ.

PEr Eliſabetham II. Alberti I. Imp. filiam, vxoremque Friderici cognomento Athletæ Lotharingiæ Duci, de quo dictum eſt ſuperius in eius matrimonio, deducitur antiqua Lotharingorum ſtirps, ex qua etiã Guiſii originati. Ex hac vero Eliſabetha VIII. modernorum trahitur poſteritas, & ſoboles. Priorem genuiſſe 26. liberos teſtatur Reiſnerus apud Gans in annot. ad Arbor. 2. ex quibus, hic addit, hos nominatos invenio. Primò *Rudolphum* ſtemmatis propagatorem, in bello cum Ioanne Bohemiæ Rege occiſum 1346. vnico relicto hærede Ioanne. Secundo Theobaldum Tręuirenſem Archidiaconum. Tertium Chorepiſcopum *Albertum* Leodij. *Margaritam* dehinc filiam, Duci Cabilonenſi primum nuptam, & eo à fratre occiſo, Domino de Rapolſtein, eique filium peperit, qui 18. anno veneno ſublatus eſt. *Agnetem* Ludouico Marchiati Comiti elocatam. *Blandam* Longicampi ſanctimonialem. *Eliſabeth* Eginoni Comiti Zaringiæ traditam, & *Annam* Ludouici Palatini in haſtiludijs occiſi coniugem. Poſteriorem deinde Eliſabetham (Manlius perperam vocat eam Catharinam, quæ fuit eius ſoror, quartò nata) de qua agimus, idem Gans pro deducenda ipſamet Ducum Lotharingorum poſtremorum ſobole exhibet arbore eadem in filia *Chriſtina*. Nam huius maritus Franciſcus, filius Antonij, alterius Renati Lotharingiæ Ducis filij, in aula Franciſci I. Valeſii educatus, apoplexia in Romarico monte tactus obijt. Eius vxor Chriſtina, de qua mox expreſſius, cum duabus filiabus ab Henrico II. Franciæ Rege in Germaniam ablegata. *Carolus* filius ab eodem in Galliam abductus, Claudiæ eiuſdem filiæ deſponſatus, duo progenuit filios ſtemmatis propagatores, *Henricum* Lotharingiæ Ducem, & *Franciſcum* Vadamontis comitem &c. Omnia hæc & alia in matrimonio Eliſabethæ Alberti I. Imp. filiæ. Quæ vero tradidit M. S. ad probandum idemet argumentũ ſunt huiuſmodi, & primò titulus hoc modo. *CHRISTINA Chriſtiani II. Daniæ Regis filia, Caroli V. Cæſaris neptis ex ſorore, ſtirps modernorum Ducum Lotharingiæ.* Poſtea ſequitur, collocando primo loco eius connubium.

Vide ſuperius in matrimo. Eliſab. Alb. I. Imp. filiæ.

Liberi Eliſab. II. Auſtriacæ.

M. S. vol. 2. Num. 47.

Digitized by Google

FRANCISCVS Lotharingiæ, Barri, Calabriæ, Feldriæ, & Zuphaniæ Dux & Marchio. Vxor Chriſtina filia Chriſtierni Regis Daniæ, & vidua Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolanenſis, ducta Bruxellis 1541. Hæc poſt mariti obitum cum Nicolao contendens de gubernatione Ducatus, ab Henrico II. Rege Franciæ quamcitius, vt alibi exulem vitam duceret Lotharingia pellitur cum filiabus, Carolo ſecum abducto in Franciam. Obijt in Inſubria 1590. ætatis 67.

CAROLVS Marchio & Dux Lotharingiæ, Barrique natus 1542. abductus ab Henrico II. Rege prædicto in Galliam. Symbola eius &c. reliqua vide ſuperius in locis citatis.

MATRIMONIVM XIV.

Sereniſſima Catharina Auſtriaca poſthuma

eiuſdem Philippi I. Regis Hiſpan. filia nupſit Ioanni III. Portugalliæ Regi anno 1576. quo ſimul Carolus V. Imp. frater Iſabellam ſororem duxit. Stirps eſt poſtremorum Regum Luſitaniæ. Vti videre eſt ſuperius in altero Philippi II. Hiſpaniarum Regis coniugio.

MATRIMONIVM XV. Duplex.

Extra M. S. & extra mulieres legitimas.

Sereniſſima Margarita Auſtriaca Caroli V.

Imper. filia nupſit primò Alexandro Medicæo ἄπαις. Deinde Octauio Parmenſi 1538. ſub Pontificatus Pauli III. Farneſii annum 3. Imperij vero paterni 16.

STIRPS EST PRÆSENS MARgarita Auſtriaca, incomparabilis meriti fœmina, etſi ſoboles illegitima Ducum modernorum Parmæ, & Placentiæ.

Quorum hæc eſt proſapia.

CLaram Principum Parmæ, & Placentiæ progeniem obiter indigitauimus, vbi egimus de ſtirpe Medicæa in matrimonio Sereniſſ. Archiducis noſtri cum Anna Medices. Nunc verò paulo diſtinctius

Digitized by Google

ctius eam ex Onuphrio Panuino, Franciſco Sanſouino ac poſtremo ad hæc noſtra tempora ex Comite Loſchi ſtuduimus recenſere. Et quidem Farneſiana Gens cum à maioribus, quorum ſummi honores & res præclarè geſtæ memorantur, magnum decus atque ornamentum accepit, tum ætate noſtra, quibus rebus mortalium vita honeſtatur, ijs ita omnibus excellit, vt Italicarum gentium pauciſſimas cum ea vel opibus, vel dignitate conferri, virtute quidem & ſtudio maximarum rerum, vnde vera nobilitas petitur, præferri nullam poſſe exiſtimem. Claritudo igitur huius ſobolis, quæ principem hodie locum inter Romanos tenet, perantiqua, ſiquidem eius honorifica mẽtio ante annos ſexcentos & amplius in vrbis veteris vetuſti Etruriæ oppidi annalibus & antiquis monumentis addiſcitur. Origo vero illius vnde oborta, duæ capitales ſententiæ (quas recitat Sanſouinus, quęque apud Onuphriũ & alios coincidunt inter ſe, ac nequaquã ſunt diuerſę) reperiũtur. Prior ipſam priſcis temporibus cum alijs multis, quæ partim per varia terræ Italiæ loca conſedere, ex Germania in Cæſarum comitatu, qui Italicum iter magna nobilium Germanorũ copia ſtipati, frequentare ſolebant, veniſſe contendit. Cuius generis proceres cum multa animi corporiſque egregia documenta dediſſent aliquot oppido in Vulſinenſibus, & Salpinatibus ditionem ſibi vindicarunt. In Vrbem deinde virtutis ergo adſciti ad noſtram vſque ætatem potentia & opibus ſummum claritatis locum obtinuere.

Onuph. in Paulo III. vbi de familia Farneſia.

Sanſou. de Farneſibus.

1. Sententia de origine familiæ Farneſiæ.

Altera ſententia, Farneſios antiquos extitiſſe Tuſcos, firmiter aſſerit. Quod maximè ab ipſo familiæ nomine probant. Farnetus nanque eſt Etruriæ pagus, quo ſtirps ipſa potitur, ita nuncupatus à frequentibus farnis, quod *Quercus* genus eſt. Hinc in antiquis monumentis eos de Farneto vocari animaduertitur. Et Ioannes Annius Viterbienſis in commentario ſupra Antonini Pij itinerarium eam vocat Farnaciam his verbis Varentanum nomen retinet circa Lacum Volſinienſem, & ſpectat ad Domum *Farnatiam* vulgò *Pharneſiam*. Præterea conſpicitur eius principalem, tam ſtati, quam alterius rei baſim, ac fundamentum ex maiori parte temporibus iam præteritis in Tuſcia extitiſſe. Eius dein poſteri inter Pontificum, & Imperatorũ diſſentiones, incredibili valore, atque felicitate rebus Eccleſię, Guelfam factionem tenentes, profuerunt. Qua de re literis, & armis tanquam vberrimum Heroum ſeminarium viros illuſtres quamplurimos Orbi Chriſtiano edidit. Radix ergo & rami, quos affert Loſchi ad ſchemma huius familiæ arboris, tali ordine diſponuntur.

Sanſou. ibidẽ II. Sentent.

PETRVS Farneſius Oruieti 1037. Conſul (ſub Conſulibus vrbs illa tunc temporis regebatur) Sanſouinus ponit annos decem minus, aitq; & quamuis altioris inueniẽdi principij plurimum elaborauerim, gnarus antiquiores ſcripturas hac in re inueniri, attamen his carens, deſiderium meum minime adimplere valui.

Digitized by Google

PETRVS Farneſius eius filius 1099. Primas effectus, imò ſecundum alios Oruietanæ urbis Princeps, factiones Guelphas, ac Gibellinas repreſſit. Paſchale II. Romano Pontifice equitum Eccleſiaſticorum magiſter inſigni victoria de Pontificis hoſtibus in Vulcientium litore parta, vetuſtiſſimam coloniam Coſſam Vrbitelli nomine reſtituit.

PETRVS II. equitatus Eccleſiæ Præfectus vulgò Capitaneus vicit hoſtes ad Tuſciȩ maremmas 1144. Sanſouino 1099. confundens fortè hunc cum eius parente, vel quia vterque idem ſint.

PRVDENTIVS eius filius Oruieti Conſul 1144. (Sanſou. 1164) Eccleſiæ libertatem conſeruauit. De eo expliticius Onuphrius, Prudentius Petri ſenioris filius Lucio II & Prudentij geniti Popo, & Ranutius Innocentio III. egregiè pro Eccleſiaſtica libertate operam nauarunt. Quorum poſteri in ciuilibus inter Romanos Pontifices, & Imperatores diſſentionibus Romanæ Eccleſiȩ partes ſępè afflictas, & diſſectas magna fortitudine, & felicitate ſuſtinuere.

PETRVS III. Oruieti Conſul 1174. Tolomeos exules Senis remiſit, recuperauitq; Mōtem Politianum, Oruietanis ſublatum. *Popo* eius filius militiæ Oruentanȩ Dux 1177. Moxque Vrbis Conſul 1183. quo tempore à ſummo Pontifice Celeſtino, quem cum tota eius Aula ibique receperat, varias gratias in Oruieti fauorem obtinuit. Peponis frater ſtemmatisque propagator

RANVTIVS I. Conſul Oruieti, ac Florentinorum Dux 1190. ſiue cum Sanſou. 1191. adverſus Ghibellinos.

RANVTIVS II. eius filius Primas Oruieti, ac S. Eccleſiȩ armorum (quo munere multa inſignia facinora geſſit) magiſter. Senſo eius filius 1252. vir fuit virtute bellica egregius. Nicolaus frater Ranutij II. 1265. Præfectus equitum Patrimonij Eccleſiȩ.

PETRVS IV. de quo ſpecialius Panuinus. Clariſſimus inter multos ex Farneſia gente fuit Petrus Ranutij filius, Poponis nepos, qui anno à partu Virginis 1313. Vrbis veteris multis regulis, & nobiliſſimis familijs tunc refertæ, princeps factus, patriam à ciuili Guelforum, & Gibellinorum ſeditione liberauit. Florentini ſub tanto Duce Piſanos (1360 Piſa iam ſubiugata, vt ſupputat Loſchi) grauiſſimo prælio attritos, eò redegerunt, vt clariſſimæ ciuitatis vires præcipuis ciuibus amiſſis, paulatim conciderint. Petrus Ancaranus ciuilis Pontificijque iuris præſtantiſſimus interpres, cuius plura ingenij inſignia extant monumenta, ex gente Farneſia originem habuit. *Guidus* Epiſcopus Oruieti anno 1310. Ioannis XXI. Papæ Dux fuit, atque Eccleſiæ Patrimonij. Dicitur hunc Principem ciuitatis ex communi conſenſu electum 1323. Ipſumque grauiſſimas illius tempeſtatis, qua tota ditio miſerrimè præmebatur, ſedaſſe diſcordias longe grauiſſimas, ac demum felici regimine gubernaſſe.

Petrus Ancaranus Farneſius.

RANVCIVS III. Petri 4. filius ac Montis alti Dominus 1438. Eccleſiaſtici exercitus ſtrenuum Imperatorem Eugenio IV. Pontifice Maximo

Maximo contra Romanæ Eccleſiæ perduelles, qui frequentes & potentiſſimi per ea tempora fuere, egit, ab eodem Pontifice *aurea Roſa* donatus. Huic filius

PETRVS LVISIVS 1468. Vxor Ioannella Gaetana de Sermoneta Bonifacij VIII. Gentili illuſtri ſanguine nata, lectiſſima, & antiqui exempli matrona. Ex hoc feliciſſimo coniugio prodijt

ALEXANDER Cardinalis, deinde Chriſti Vicarius, Paulus huius nominis III. vocatus 1534. Hic vetera familiæ ſuę decora vehementer auxit. Pontifex magnę famę, Princepsque actorum rerumque ab eo pręclare geſtarum maieſtate laudatiſſimus. Hic inſuper pręcipuum ſuę Sereniſſimę Domus fulcimentum, ac baſis, tribuens ei larga manu Palatia, titulos, ſtatus, immenſaſque diuitias.

PETRVS LVISIVS eiuſdem Alexandri filius. Nemo Romanorum Pontificum ad hanc diem plures patres, qui vnus, & 70. fuere, ſacro purpurę honore donauit, quemadmodum Paulus iſte. Quatuor Summi Pontifices, qui nuſquam interrupta ſerie poſt eum ad ſummum Pontificię dignitatis apicem peruenere, ex eius lectionibus prodierunt Iulius III. Marcellus II. Paulus IV Pius IV. Sub eo 1545. cœpit Concil. Trid. & in creaturis ſuis Iulio, & Pio continuauit, terminauit. Petrus ergo Dux primū Caſtri, & Camerini, moxq; prior etiam Parmę ac Placentię 1545. in proprio domicilio trucidatus, nec non eius domus hinc. inde varie afflicta, ac plurimum debilitata. Liberi duo Cardinales, Alexander egregij nominis apud ſcriptores Heros, & Ranutius, item Horatius, & Victoria, ille 11. Caſtri, hæc vero Vrbini Dux. Sed Primogenitus De Paulo III. Pontif. Max.

OCTAVIVS Dux Caſtri, & Camerini ac poſtremo Parmæ, ac Placentiæ 1547. Princeps corporis, & animi formoſiſſimus. Inter cæteras in eo pręrogatiuas, & omnes præclaras, vis bellica, firma in promiſſionibus fides, morumque incorruptibilitas. Quibus maritali vinculo Margarita Auſtriaca coniuncta, ac pari dotum ligamine colligata Domus Farneſia iterum aucta ex dote coniugis ſuæ aliquot feuda in Regno noſtro obtinuit. Defuncto & hoc 2. marito, Belgij pro fratre gubernatrix facta 1559. Margarita, tandem feliciter obijt 1586. cum gubernaſſet ann 27. Ex tam felici coniugio nominatiſſima illa proles exiuit cui nomen

ALEXANDER Dux Parmæ, & Placentiæ nouuſque Italarum Alexander, germinans, vt pronepos ratione patris, atque vt nepos ratione matris ex duobus ſummis orbis terrarum Monarchis, alter totius Eccleſiæ, alter vero totius Mundi. In Belgio militans auunculo ſuo Philippo II. in rebus martialibus, ac magnæ dexteritatis, & prudentiæ facinoribus priſcos adæquauit Heroas. Obijt 1590. Vxor Maria Portugalla Duartis filia. Liberi *Odoardus* Cardinalis, ac *Margarita* Mantuæ Dux repudiata. Hæres filius, & ſucceſſor

gratiam recipitur. Obijt 1592. Vxor Maria Auſtriaca filia Ferdinandi I. Cæſaris ducta 1546. Liberi ſex. *Maria Eleonora* vxor Alberti Friderici Ducis Pruſſiæ, mater Annæ, Auia Mariæ Eleonoræ, proauia Reginæ Chriſtinæ Catholicæ ſuperſtitis. Vide Gans in arbore 10. ac relationem noſtram de fidei profeſſione eiuſdem Reginæ, hic Oeniponti emiſſa, fol. 28. in Geneal. Hiſpanicè impreſſa. *Anna* vxor Philippi Ludouici Bipontini, *Magdalena* vxor Ioannis Palatini Neoburgici, *Sybilla* vxor Caroli Auſtriaci Marchionis Burgrauij, *Carolus* obijt Romæ 1575. Ioannes VVilhelmus epiſcopus Monaſterij duxit vxorem Antoniam filiam Caroli Ducis Lotharingiæ 1585. Obijt 1609. poſtremus. Hactenus M.S. loco citato.

Ex hac ſtirpe Reginæ Chriſtinæ, vt in I. parte demonſtratum eſt.

Vide hoc Cõiugium inter dinandi II. Arch. matri. primo.

MATRIMONIVM XVII.

Sereniſſima Leonora II. Auſtriaca Cæſaris Ferdinandi I. filia nupſit menſe Maio Gulielmo Gonzagæ Duci Mantuæ 1561. ſub Pontificatus Pij IV. anno 1. Imperij vero fraterni Maximil. I. 3.

NAtiuitas huius celeberrimæ Principis cõtigit, teſte Manlio, & alijs Viennæ 1534. 2. Nouembr. die Lunæ intra quintam, & ſextam horam matutinam in ſigno Libræ. Idem auctor affert præiactum nuptiarum tempus. Felicitas deinde eius matrimonij pendet ex ſupradictis in coniugio ſanctiſſimæ filię ſuæ Catharinæ Annæ, ſiue Annę Iulianæ cum patruo Ferdinando II. Arch. cum quo edidit coniugem Matthiæ Imperatoris. Dictum eſt etiam ſuperius de Gulielmo Gonzaga Friderici ex Margarita, filia, & hęrede Gulielmi Paleologi Marchionis Montisferati filio Duci Mantuæ III. quem Imperator Maximil. II. ex Marchione Ducem Montisferrati creauit. Inſignes virtutes Leonoræ ſuo loco transferre promiſimus. De Gonzagorum præclariſſima, & antiquiſſima progenie iam plenè actum eſt. Propagatio præſentis connubbij nonniſi limina attigit naturæ. Genuit enim ſolummodo tanta parens marem vnicum *Vincentium* Leonoræ Magni Ducis Ethruriæ Franciſci genitę maritum, atque Leonorę Imperatricis Ferdinandi II. Imp. alterius coniugis patrem. Hinc aduertendus error M. S. tom. 2. ſub num. 62. vbi hæc poſt alia de Gulielmo. Genuit autem Gulielmus hic Franciſcum, cui nupta eſt Catharina V. Maximiliani II. Imper. ſoror vidua Sigiſmundi Auguſti Regis Polonię vltimi ex proſapia Iagellonica, qui obijt 1572. At Franciſcus iſte (vt verius fert Kilianus & nos alibi attulimus) non fuit Gulielmi filius, ſed frater

Kilianus loco citato.

MATRIMONIVM XVIII.

Sereniſſima Ioanna III. Auſtriaca eiuſdem Ferdinandi I. Cæſaris filia nupſit Franciſco Medices Magno Duci Etruriæ 1565. anno 1. tam Pontificatus Pij V. quam etiam Imperij Maximiliani II. cui erat ſoror. Ac proinde ſtirps facta poſtremorum Regum Galliç.

Manl. de prog Ferd. I. fol. 98.

DE iſthac Archiduciſſa hæc habeo ex Manlio. Ioanna Ferdinandi I. Roman. Imp. filia nata eſt Pragç anno 1547. 24. Ianuarij die Lunæ circiter octauam horam pomeridianam in ſigno Piſcium. Nupta fuit Franciſco Magno Etruriç Duci, Coſmi Medicis filio anno 1565. menſe Nouembri. Fuit hçc Princeps cum forma prçſtantiſſima, tum pudicitiç modeſtia, varioque aliarum virtutum genere maximè commendabilis, & aliquot ex coniuge ſuo (quem impensè amabat, & officioſè colebat) vtriuſq, ſexus edidit liberos. Sed mors inuida tantū boni concedere optimç Principi noluit, vt filium aliquē ſuum poſt mortem coniugis ſui regnantem in Etruria videret. Quin & alias multas deuorare moleſtias taciturna debuit, quas ignobiles interdum mulieres perferre nollent. Sed hç ſunt rerum humanarum aliquando conditiones, vt ciuium, & minorum gentium vxores lçtiorem tranſigant vitam, quam Reginç, aut Matronç Principis. Quid autem mirum cū & Diogenes ille in dolio ſuis reculis & libris contentus magno illo Alexandro felicior fuerit exiſtimatus. Hçc Manlius. Quas peperit viro ſuo, cui mater Leonora Toletana, proles, fuere Eleonora, & Maria, altera Vincentio Duci Mantuç 1584. nupſit, altera Henrico IV. Galliç Regi 1600. Per hanc ſtirps modernorum Regum Franciç euaſit, vt monſtratum eſt in matrimonio Iudithç Habsburgicæ. Obijt Ioanna ex partu Florentiç 1578. ſepulta ibidem ad D. Laurentij.

Gans, & Kil. in Ferd. I.

Sectio

Ratisbonæ die 18. Iulij anno 1546. In cuius matrimonij gratiam Carolus V. patruus Duci marito illo ipſo nuptiarum loco anno, atque altero ſtatim die 19. Iulij Priuilegium ſucceſſionis ad caſum, quo hæredes maſculos non procrearent, aut illi ipſi aliquando deficerent conceſſit. Ante mortem in mentis alienationem quandam (vti & maritus ipſe) incidit. Hæc ille. Confirmat Manlius loco citato fol. 88. aiens. Nupta Gulielmo &c. quæ vergens ad ætatem ſeniorem, in mentis incidit alienationem, vt quodammodo ipſe Dux alterius diebus mente veluti emota obſtupeſcens, nec linguæ promptitudine vti valens. Mortua eſt illa anno ----. Dux vero ipſe 1592. Ita ſcriptor ille. Videamus modo id quod tradit M S. ſub num. 61. quem ſignauit in indice, vbi ait, Maria Ferdinandi I. filia ſtirps eſt poſtremorum Ducum Iuliacenſium.

GVLIELMI DVCIS IVLIAcenſis Genealogiæ hic eſt ordo.

Comites Marcæ, Clinienſes, Iuliacenſes, Mõtenſes, Gelriç poſtremi.

FRIDERICVS Comes de Altena circa annum 1153.

ADOLPHVS Comes de Altena v. & 1. Marcæ, quem arcem emit ab Radbodo eius Domino. Vxor Eliſabetha Franckebergica, alij Falckenbergica.

ENGEBERTVS I. Comes Marcæ, cui frater Adolphus 2. ſine liberis. Liberi Engeberti *Cunradus* Canonicus Leodienſis. N. vxor domini Mechlinienſis Bertouſſij Bertoldi.

ADOLPHVS III. Comes Marcanus. *Eberardus* Comes Marcæ 1286. *Gerardus* Rechenii Dominus, ex quo duæ fæmine, altera N. Bertrando Malæ domino nupta, altera vero N. Cunrado domino in Altera. Ex Adolpho III. proles quinque. 1. *Adolphus* præpoſitus Vormatienſis, Epiſcopus Leodienſis. 2. *Ioannes* Canonicus Leodienſis. 3. *Cunradus* 4. N. vxor Henrici Heinsbergici. Quinta

ENGEBERTVS II. Comes Marcæ. Vxor 2. Methilda filia & hæres domini Arembergici, ex qua Eberardus (alijs Cunradus) Marcanus Arembergæ dominus, & Engelbertus Epiſcopus. Vxor 1. filia domini Vezemalæ. Genitus ex hac poſt Adelheidem

ADOLPHVS IV. Comes Marcanus. Vxor Maria filia Theodorici Comitis Cliuiæ, & hæres, poſt Ioannis patrui Cliuiæ comitis ſuę ſtirpis vltimi obitum 1360.

ADOLPHVS V. Comes Marcæ & 1. Cliuiæ ex hac familia beneficio Caroli IV. Imp. cum prius eſſet Archiepiſcopus Colonienſis, quo ſe abdicauit año 1364. Obijt 1389. Eius fratres *Engebertus* genitor Eliſabethæ Ioannis Naſſouij Dillenbergici coniugis, *Theodoricu* Canonicus Colonienſis. Vxor vero Margarita Adolphi Montium Comitis, ac domini Ravensburgi filia. Liberi, *Theodoricus* Dinſlachij dominus inter-

Sectio III.

DE POSTREMIS MATRIMOnijs in hac claſſe filiarum Philipporum 2. 3. Monarcharum Hiſpaniæ, Maximiliani II. Imp. Caroli III. Arch. Ferdinandi II. Cæſaris, Leopoldi V. Arch. & Ferdinandi III. Imp.

MATRIMONIVM XIX.

Sereniſſima Catharina IX. Auſtriaca, Hiſpaniarum Infans, Philippi II. Regis Catholici filia nupſit Carolo Emmanueli Sabaudiæ Duci Cæſar-Auguſtæ 1. Martij 1585. ſub Pontificatus Xiſti V. Ordinis Minorum anno 1 Rudolphi vero II. ſobrini ſui 9. Stirps eſt modernorum Sabaudiæ Ducum.

EX tertia coniuge, vt demonſtratum eſt, genuit Rex Catholicus Philippus II. ſcilicet Eliſabetha Valeſia hanc, de qua loquimur, Catharinam. Genuitq; Madriti 10. Octob. 1567. vt fert Kilianus, è quo etiam locũ, & tempus matrimonij deſumpſimus. Obitus Caroli Emmanuelis ponitur à M S in Philippo II. ad finem illis verbis, & morte amiſit (ideſt Dux Sabaudus prædictus) anno 1597. ætatis 30. Lib. 14.

De origine Ducum Sabaudiæ ſtirpis egimus in matrimonio Leopoldi I. cum Catharina Sabauda Amadæi Comitis 4. filia. Iterum in hac 4. parte traximus lineam vſque ad Principes ſuperſtites tam per Iuditham comitis Amadæi vij. coniugem, Iuditæque Habsburgicæ abnepotem, quam etiam per præſentem Catharinam. Nihilominus quia ab initio noſtri operis, adeo laborioſi, licet magno animo ſuſcepti, plenè omnibus, & maximè Principibus ſatisfacere ſtuduimus, denuo eandem ſtirpem pro eius clariori intelligentia radicitus, ac paulò altius cũ Comite Loſchi ſuſcipere, & breui ſerie enarrare decreuimus. Vide fol. 173. 3. par. Vide fol. 25. & Gans arb. 4. citato.

Et quidem (vt hinc cum eodem autore exordiar) Sabauda Domus deſcendens ex *Sigueardo* Saxoniæ Rege an 636. pari greſſu it equidem cum illa met Saxoniæ vſque ad Fridericum, & Beroldum Hugonis filios, è quorum priore Saxões Principes, è poſteriore verò Sabaudi propagati ſunt, hocque non ſine condigna tantæ ſobolis iactatione, ac quatuor pariter Imperatorum, nec non & quinque Regum memoria. Domus profectò mirabilis, & inter Sereniſſimas vnica, ac peregrina; Comes Loſchi fol. 301. & ſeq.

Si quidem ſerie nondum interrupta Heroum incomparabilis vis, pietatis, ac religionis, annis pluſquam mille deſcendentiam nunquam vitiatam, ſed continuo puram, atque legitimam magnæ ſimul ditionis, ac regiminis incremento, quin & honoris, & famæ mirum in modum conſeruauit. Hinc haud mirum, ſi coronas adequarit, non ſolum materno latere, aut exhibens Imperatoribus, & Regibus, aut recipiens ab ijs mulieres, verum etiam ingenti virtute, & conſtantia ſe defendens, ac plerumque de magnis triumphans potentatibus. A Sigueardo igitur iuxta claſſicos ac magis approbatos hiſtoriographos incipiam, vt mox recto pede ad Beroldum, caput ac Domus fundatorem progrediar.

ITERVM DE ORIGINE DVcum Sabaudiæ Stirpis, pluries ab Auſtriacis coniugibus propagata.

SEGVARDVS Saxoniæ Rex 636. quorum antea nati in Germania regnarunt. Ex eo

THEODORICVS Rex II. Saxoniæ 690. cui ſucceſſit Heldigardus Rex ſine deſcendentia, qua carens, rexit frater

VERDECHINDVS 734. qui ſe Ducem Angiariæ dici voluit. Ex eo

VVITICHINDVS Rex Saxoniæ IV. Grandis cognomento. Huic ſucceſſit filius

VMBERTVS Dux Saxoniæ 280 Deinde

LVDOLPHVS Dux Saxoniæ 840. Huic ſucceſſor

OTHO Dux Saxoniæ, ſiue vt alijs placet Rex 880. Genuit hic quendam Henricum, qui materno latere, vt aiunt, à Carolo Magno deſcendit

HENRICVS Auceps nuncupatus Imperator ad annum 918. magnæ virtutis, & eloquentiæ Heros. Bellarminus ad ann. 912. Bebus 919.

OTHO II. Imper. huius nominis primus, ac Magnus ad annum 937. vt in declaratione affert Loſchi (licet alijs 936.) & non ut in arbore eiusdem, vbi quatuor, vel tres anni minus. Sed tunc titulo Regis ann. 26. ut verò Imperator ann. 12. ſub 962. Bell. in 2. P. Chronolog.

OTHO II. Imper. ad annum 973. Romę, vbi, deſtructo Beneucto, corpus S. Bartolomei Apoſtoli miſerat, veneno obijt, ſepultus ad D. Petrum. Eius filij *Otho* III. Imper. ſine deſſendentia mortuus, ad ann. 984. &

HVGO Saxoniæ Dux 988. reliquit duos filios, Fridericũ, ex quo Saxonicorum Principum lineæ continuatio & inceptio, & Beroldum, vnde

Digitized by Google

vnde ad ann. 1000. ſtirps Sabauda hoc modo.

BEROLDVS cis montes figens ſedem, ibi creatus fuit Vicarius, locumtenenſque. Imperij, atque Allobrogorum ſiue Sabaudiæ 997. prorex. Acquiſiuit Morianam, aſſumpto in eam comitis titulo anno 1048.

VMBERTVS I. Comes Morianæ, ac Sabaudiæ, ac Suſæ Marchio 1062. Poſt eum

AMADÆVS I. Comes Sabaudiæ & Morianæ, ac Marchio Suſæ 1048.

VNBERTVS II. Comes Sabaudiæ 1079. Obijt Paleſtinæ militās pro Fide Catholica 1082.

AMADÆVS II. Comes Sabaudiæ 1093. ac Imperij Cæſaris Henrici Vicarius obijt 1103.

VMBERTVS III. Comes Sabaudiæ 1143.

THOMAS I. Comes Sabaudiæ 1188. Eius primogenitus *Amadæus* III. Comes Sabaudiæ, ac I. Dux Chiables 1232. Sine prole extincto ad regimen vocatus frater

THOMAS II. Comes Sab. Moraniæ, & Flandriæ, ac primus Princeps Pedemontis, quem ipſe acquiſiuit.

AMADÆVS IV. Comes Sabaudiæ cognomento Magnus, Dux Chiables, ac primus Agoſtæ Subpoſuit Geneurinos, Brexiam, ac Viennenſes 1292. Rhodium obſidione liberauit. Obijt vir magni meriti apud Religionem, ac inter equites Hieroſolimitanos. Vxor Maria, Antonij Brabantiæ, & Lineburgenſis Ducis filia, ex qua ſuſcepit CATHARINAM Leopoldo I. Auſtriaco nuptam. Sup. fol. 174. typographus in eodem Amadæo IV. pro *ſuſcepit* poſuit *ſuſceptam*, ac turpem ſolecismũ commiſit Vide ibi.

AYMO Comes Sabaudiæ 1329. ac Amadæi 4. prædicti filius.

AMADÆVS V. dictus Comes *Viridis* Hic prior Pedemonti aulam ſuam tranſtulit, ſedemque Taurini fixit. Princeps re militari non niſi Magnus. Ob Amadæi IV. apud Rodienſes facinus, ac memoriam nobiliſſimum *Equitum de Annunciatione* nuncupatorum inſtituit ordinẽ anno 1343. Hi adcollarium ſiue monile aureum habent 4. has literas F. E. R. T. quorum interpretatio Fortitudo eius Rhodum tenuit. Ordo equitũ de Annunciatione.

Vxor Violanta Paleologa. Ex qua Amadæus VI. Princeps Niſſæ 1397. cui ſucceſſit frater

AMADÆVS VII. Dux Chiables, & Agoſtę, Princeps Nizzæ, ac primus Dux Sabaudus, & Pedemontanus à Sigiſmundo Cæſare creatus 1403. Vxor Maria Viſcontina cum ditionis Vercellanæ dote. Extincta vxore, Heremum incoluit, in ſolitudine Ripaliæ Gehenenſis diœceſis vbi monaſterium S. Mauritij ordinis S. Auguſtini, & vbi etiam magna ſanctitatis fama potitus in Concilio Baſileæ in Eccleſiæ Schiſmate Pon-

 tifex

tifex creatur 1493. Felix IV. dictus. Poſt nouennium pedibus Nicolai V. abdicato onere, in munere Cardinalatus, ac Legati è Latere confirmatus fuit. Paulo poſt obijt, relicta Ducali dignitate filio, cui nomen *Ludouicus* frater Mariæ Ducis Mediolani. 1449. Vxor eius Anna Regis Cypri filia. Ex ſeptem maribus præter fæminas ſecūdò natus *Ludouicus*, cui vxor Carlotta Ioannis Luſignani Regis Cypri, ac Helenæ Paleologę filia legitima; per quam Regnum Cyprium ſibi deberi conſors aſſerens aduerſus eum Iacobus coniugis ſuæ frater, ſed nothus & illegitimus, ſcilicet ortus ex pulcherrima concubina, atque Archiepiſcopatui Nicoſiæ addictus, pro eadem prætentione ſe oppoſuit. Sed apud Ægyptij Soldanum præualuit Iacobus. Ludouicus autem poſt varia diſcrimina in quodam Religioſorum cęnobio, vbi reliquam vitam tranſegit, ſanctè obijt. Vxor Carlotta Romæ. Primogenitus Ludouici prędicti Annæ coniugis *Amadæus VIII.* 1860. Dux III. Sabaudiæ vixit ſub ſanctæ & immaculatæ vitę opinione. Interdum ſancto ioco amicos, ac proceres ad venationem inuitans, eoſque in magnum atrium (Italicè *Sala*) ſecum ducens, innumeros pauperes, menſæ aſſidentes, ac comedentes eis oſtendebat: Aiebatque, explicans rei myſterium, his ad venatum, ac ſimul Paradiſi acquiſitionem me duci, certò ſcio. Vxor Eliſabetha Ludouici XI. Regis Franciæ filia. *Filibertus* filius ſucceſſit patri, & ipſi in iuuentute extincti Carolus frater ſtrenuus miles, ac magnus Eleemoſynarius.

LVDOVICVS commemoratus Amadęi VII. filius Dux Sabaudię 1449. ac ſtemmatis propagator. Eius proles pręter commemoratas Bona Dux Mediolani, & Carola Regina Franciæ.

PHILIPPVS Dux Sabaudię, Princeps Brixię 1480. Patruus Caroli commemorati, cuius regimen, eo fine prole extincta ipſe aſſumpſit. Frater Amadædei VIII. Hic Philippus duxit Margaritam Borboniam pactis in nuptiali inſtrumento expreſſis, filios primogenituræ ordinem iuxta diſpoſitionem, atque inveſtituræ Sabaudiæ nuper obſeruata inſtituta, abſque fæminarum excluſione, ſuccedere debere. Liberi, Aloyſia vxor Caroli ducis de Angolem Franciſci I. Regis Franciæ parens, Filibertus Dux, mariuſque Margaritæ Auſtriacæ Maximiliani I. Imper. filiæ, quam Carolus VIII. Gallorum Rex repudiauerat. Obijt ſine filijs. Ex 2. vero coniuge Philippi, nomine Claudia de Pontieure nati Philippus, vnde Duces de Nemors, &

CAROLVS Dux Sabaudiæ 1554. in arbore Loſchi, at in declaratione 1504. Vxor Beatrix Portugalla Caroli V. neptis, altiſſimi ſpiritus, & incomparabilis magnanimitatis & conſilij fæmina. Sub hoc Carolo,

Digitized by Google

volo, à Rege Gallo tota ditione penè expoliato propter ſucceſſionis rationes, quas ipſi Aloyſia ſoror paterna, primogenita ex priori coniuge commemoratis pactis ac iuribus inhærendo oppoſuerat, licet (maſcula prole extante) ea fæminarum primogenituræ minimè refragari interpretaretur, rebellionem moliuntur Loſanium, ac Geneua, quæ vrbs prima Calvini ſedes, nuncque omnium hæreſum, ac variorum Apoſtatum à fide Romana ſcelerum aſilum, ac receptaculum ſub Bernenſium Helvetiorum tutela adhuc ſeruatur.

EMMANVEL GILIBERTVS, extincto parente, illius pauci regiminis reſidui, quod remanſerat, ſuſcipiens adminiſtrationem, poſtmodum ſimul cum rebus antea deperditis viam ſibi ad has integrè acquirendas proprio valore adaperuit, ac demum capitulationibu pacis inter Hiſpanos, & Gallos comprenſus, op ata, ac ſibi debita perfectè cōſequutus eſt, & poſtremò per matrimonium cum Margarita Franciſci I. Regis Galliarum filia in eis firmatus. Sub ductu tanti Principis, ſcola militari Caroli V. patrui educatus, ac vti primus excellentia armorum ſuæ tempeſtatis miles habitus, Regis Catholici Philippi II. caſtris generaliter imperans, famoſum illud S. Quintini fortalitium die S. Laurentij ſacro (in cuius memoriam molem illam Eſcurial, quę ſeptem mundi miracula vincit, quaque nomine eiuſdem Potentiſſimi Regis Catholici, qui eam conſtrui fecit, illud quoque magni Emmanuelis Filiberti ſimul perſonat) feliciter expugnauit. Fertur, Filibertum hunc ante ſuarum ditionum recuperationem centum nobiliſſimorum equitum perſplendido comitatu Belgium ad Carolum V. patruum iuiſſe. Quod admirans Cæſar, ei Italicè ita dixiſſe ſcribitur. *Hai teco Nipote vna corte da Re, mà ricordati, che ſei Prencipe ſolo di nome, e deui auertire tagliare il mantello ſecondo la quantità del panno* Quod eſt Latinè. Habes tecum Nepos aulam vnicā, & veluti Regis. Sed recordare, te nomine ſolum Principem eſſe, & advertere debes, ſcindendum pallium iuxta menſuram, & quantitatem panni. Obijt anno 1580. Ei vnicus hæres ex Margarita

De his dict. ſup. in Phil. II.

Loſch. fol. 304

CAROLVS EMMANVEL Dux Sabaudiæ, & Pedemontanus, Princeps in armis admirabilis, in laboribus aſſiduus, ac indefeſſus, affabilis, ſplendidiſſimus: in eo cum reali magnitudine gratia, & benignitas ſubditorum ęrumnas ſæpè numero temperabat. A genio, ac natura ſemper inquieta ac ſpiritibus martialibus pervolubili circūductus, nūc ſe Hiſpanum, nunc mox ſe Gallum declarabat. Eius Symbolum, macto Salutio, Circinus Arithmethicus cum inſcriptione *Amplior dum premor.* Vxor CATARINA Auſtriaca, quam Hiſpaniæ deſponſauit, vbi dum grādes illi Excellentiæ ſolummodo nomine eum reuereri reſoluerant, Rex Catholicus Philippus III. coniugis frater litem diremit, dum cognatum ſuum veſtræ Altitudinis titulo ſalutauerit. Proles eius pulcherrima, ac

multa. Genuit enim viro ſuo nouem liberos. *Filibertus Emmanuel* Claſſi maris Regis Catholici generaliſſimus ante patrẽ obijt. *Victorius Amadæus* ſucceſſor. *Mauritius* Cardinalis magni nominis ſub Vrbano VIII. ac *Thomas*, (omiſſis alijs) ſtrenuus, ac probatus miles, licet parum fortunę gratus, ac multum parenti ſimilis, induens veluti mirandus Proteus modo Hiſpanorum, modò vero Gallorum perſonam. Obijt mater anno 1597.

VICTORIVS AMADÆVS Dux Sabaudiæ, benignus, ac prudẽs nuncupatus: magis Gallus, quam Hiſpanus. Vxor Chriſtina vidua ſuperſtes, Henrici IV. Regis Franciæ filia, virilis ac magni cordis fæmina. Ex ea *Ludouicus, Emmanuel*, Hiacinthus qui obijt infans, quartò *Ludouica Maria* Cardinalis Mauritij patrui cum diſpenſatione Pontificia coniux, & præter *Margaritam Adelhaidis* nunc moderna Electrix Bauara, ac Franciſci Mariæ Electoris vxor. Sed tertio natus

CAROLVS FRANCISCVS EMMANVEL Dux Sabaudiæ ſuperſtes &c.

MATRIMONIVM XX.

Sereniſſima Anna IX. Auſtriaca Hiſpaniarum infans, ac vidua ſuperſtes, Philippi III. Regis Catholici filia, ac IV. viuentis ſoror Franciæque Regina nupſit Ludouico XIII. Regi Galliarum 1615. ſub Pontificatus Pauli V. anno 10. Imperij vero Matthiæ eius conſanguinei 3. Ipſa ſtirps eſt modernorum RR. Franciæ.

QVemadmodum virtutes huius Reginæ Annæ Auſtriacæ alibi transferre debeo, ita quoque in præſentibus paucis verbis me expedire, & eo vel maximè quia ſuperius actum eſt ſufficienter de Regis viri ſui Proſapia, Annamque Reginam coniugem neotericorũ Regum Galliarum ſtirpem eſſe pariter demonſtratum. Porro ingens huius coniugij felicitas & gloria ex vtriſque conſortibus ſatis luculenta, ac nota. Ludouicus Rex XIII. ac XIV. viuentis genitor, aliorumq; ſobolum *Iuſtus* cognomento vi bellica, & Pietate auita peregrinum quidẽ nomen per totum terrarum orbem nactus eſt. Eius egregia facinora haud pauci ſæculi noſtri ſcriptores celebres, ad quos lectorem remitto, dignis paginis Latinè, Gallicè, Italicè tradidere. Pauca deinde quæ affert Kilianus de vxore Anna hæc ſunt.

Kil. de Anna IX. in Phil. 3. Anna IX. Auſtriaca Hiſpaniarum infans, Francorum Regina, nata Vallisoleti anno 1601. die quinto ante Ludouicum XIII. Regem Francorum maritum, 22. Septemb. hora prima, & vno quadrante poſt mediam

Digitized by Google

mediam noctem: Coniux facta anno 1615. Hæc ille. Itaque conſors vterque anno ætatis 14. nuptias celebrauit.

MATRIMONIVM XXI.

Sereniſſima Maria VIII. Auſtriaca eiuſdem Philippi III. Regis Catholici filia nupſit anno 1631. Cæſari Ferdinando III. Stirps facta Archiducum, Regum, ac Imperatorum Germaniæ.

Quod demonſtratum eſt in priori eiuſdem viri ſui coniugio.

MATRIMONIVM XXII.

Sereniſſima Anna VI. Auſtriaca Maximiliani II. Imp. filia, Cæſarum Ferdinandi I. & Caroli V. neptis, vltima vxor Philippi II. Hiſpaniæ Regis, ſtirps eſt recentiorum Iberiæ Monarcharum, vti declaratum eſt in quarto cum viro ſuo Matrimonio.

MATRIMONIVM XXIII.

Sereniſſima Anna VIII. Auſtriaca Caroli III. Archiducis filia, Cæſaris Ferdinandi I. neptis ſtirps eſt Regum Poloniæ modernorum. Nata enim Grezij 16. Auguſti 1573 nupſit deindè Sigiſmundo III. Suecorum & Polonorum Regi, Magnoq; Duci Lithuaniæ anno, quo etiam 21. Maij coronata, 1592. ſub annum I. Pontificis Clementis VIII. Imperij vero Rudolphi II. patruelis 6 Obijtq; vtriuſque coronæ conciliatrix 1598.

SCribit exactè de hoc coniugio Manlius, è quo tempora prædicta natiuitatis, & nuptiarum cum Kiliano deſumpſimus, diem verò coronationis Sponſæ è R. Gans. Anna hæc, inquit prior, bono di- Manl. de progen. Car. Archid fol 132. Kil. in Car. in quo etiam Gans.

tam à malo fato, ad magna nata videtur. Anno namque ætatis ſuæ 18. ex Archiduce repentè duorum Regnorum, Poloniæ, & Sueciæ, & magna Lithuaniæ Dux facta eſt, & (quod felix fauſtumque ſit) ſtatim poſt nuptias regali infante grauida, tum etiam (quod intereſt Reipublicæ perpetuæ) pacis inter duas ampliſſimas potentiſſimaſque Domus, ſeu gentes, Auſtriacam, & Iagellonicam conciliatrix: Huic Regnum Poloniæ, & magnus Lithuaniæ Ducatus, illi Imperium Romanum, & Hũgariæ, Bohemiæq; Regna multos iam annos adhæſere. Sub Calendas Maias Dux Olicæ & Neſuuiez in Lithuania, ac Marſchalckus (qui cum Principe Duce ac fratre Georgio Cardinali, & ex Vilnenſi Cracouienſi Epiſcopo magno conſtabiliendæ inter vtramque familiam pacis ſtudio, in conciliando hoc matrimonio operam haud ſegnem nauauit) legatione honoriſſima à Sigiſmundo III. Poloniæ Rege miſſus cum inſigni Polonorum equitatu Viennam venit. Adfuit & Cardinalis frater feſtum ſponſalium expectantes. Quarto Maij ſponſalia in D. Auguſtini templo magna cum ſollemnitate peracta ſunt. Inde 26. Maij ad vrbem Cracouiam perueniens, difficile dictu quam ſplendida cũ pompa à Rege ſponſo ſponſa virgo vna cum matre ſua (nam hæc indiuidua ſemper comes toto eo in itinere ipſi adfuit) excepta, atque in vrbe deducta ſit. Vltimo tandem Maij in Cathedrali D. Stanislai templo vera deſponſatio per Archiepiſcopum Leopolienſem (quæ Metropolis eſt Ruſſiæ) facta eſt. Hoc quoque præeunte ſponſa iusiurandum præſtitit, & ab eodem ſollemni ritu coronata, & mox ſacra ſynaxi munita eſt. Coniugium adeo auſpicatiſſimum viſum eſt, vt amor mutuus, vnde omnis in hac vita, vtet coniuges beatitas, conſortium, non eſſe viſus ſit poſſe maior, neque fęcunditas auguratior, licet ſoboles pepererit, quorum præcipuæ Sigismundus IV. & Rex Ladislaus, de quo dictum eſt (& etiam infra dicendũ) ſuperius, quemadmodum & de Sigismundo parẽte in matrimonio Iuditę Habsburgicæ cũ Wenceslao Rege Bohemiæ. Et licet Anna Regina non vlterius per eoſdem liberos coniugis haud propagauerit ſanguinem, non tamen negandum ei initia propagationis tribuiſſe, adeo vt inter fęminas Auſtriç, progenies alienigenas ꝑpagantes locũ meruiſſe negetur. Diximus etiã ſuperius de ſtirpe Sigismundi III. Poloniæ Regis, ſed de ea tantũ, quæ ab ipſo per vtrã coniugẽ (de altera, priori ſorore paulo inferius) orta eſt, non autem de ea, vnde Rex proceſſerit. Hanc modo afferimus ex numero 69 M. S. vbi aduertendum apud eum dici, Annam pepeiſſe Regi ſuo Sigismundum IV. quod intelligitur ante Ladiſlaum Regem præfatum.

M. S. ſub num. 69.

SERIES

SERIES GENEALOGICA Sigiſmundi III. Poloniæ Regis, ac Annæ Auſtriacæ mariti.

INGEMVNDVS, cuius frater *S. Ericus* Rex Sueciæ circa annum Chriſti 1150. Ex S. Erico *Canutus*, ex Canuto *Ericus*, cui filius *Ericus* alter, & *Martha* vxor Nicolai Equitis aurati, ex qua *Vlpho* trium filiorũ parens, qui ſunt, *Turo*, *Carolus* Regni Marſchalckus, & *Theodoricus*, ſeu Tondo Roderici. Ex Priori Steno Stur, maritus Margaris patruelis filiæ Caroli patrui, cum qua genuit Brigitam vxorem Guſtaui Stur, & Carolum Canuti regem Sueciæ, mortuum 1470. Et tertio Canutus Gubernator Finlandiæ, & Carolus, parens Sigridis Nicolai Stur coniugis, cui peperit ante Nicolaum Stur extinctum 1 5 2 6. Suanctum Stur gubernatorem 1 5 0 4. qui obijt 1 5 1 2. Suantus genuit Stenum Stur Iuniorem regni gubernatorem, 1 5 2 0. defunctum, ac maritum Chriſtinæ Nicolai Gollenſterns filiæ, quæ edidit Suantum Stur Comitem in Stegholm, & Weſtervvic ab Erico 14. in coronatione 1561. creatum. Hic finit M. S. lineam S. Erici. Guſtauus Stur præfatus coniux Brigitæ genuit Brigitam vxorem Ioannis Equitis aurati, proauuſque Sigiſmundi (de vtroque mox) genuit & Stenũ Stur gubernatorẽ ab anno 1470. vſque ad 1503. Filius Ingemundi fratris S. Erici

NICOLAVS, Nicolai Chriſtianus, Chriſtiani Chriſtianus alter, ex quo Carolus, ex Carolo Nicolaus, & ex Nicolao CHRISTIANVS. Filius Chriſtiani huius IOANNES Eques auratus, cui vxor Brigita præfata, filia Guſtaui Stur.

ERICVS filius Ioannis, à Chriſtierno Daniæ Rege trucidatus.

GVSTAVVS Rex Sueciæ, natus 1490. Rex electus 1523. Obijt 1560.

IOANNES III. Rex Sueciæ cæpit 1568.

SIGISMVNDVS III. Rex Poloniæ coronatus 1587. Vxor Anna Auſtriaca Caroli III. filia, quæ Sigiſmundum IV. inter alios peperit.

LADISLAVS Rex filius Sigiſmundi III. De eius vxore Cecilia Renata ſibique patruele dicendum paulo inferius. Itaque rectã lineã progenitorum Regis Poloniæ Sigiſmundi III. incipit M. S. (alteram S. Erici Regis Sueciæ comemorati vſq; ad Suantum Stur latteraliter protrahens, vt dictum eſt) ab Ingemundo, terminatq; in Ladiſlao Rege, ſine prole extincto.

MATRIMONIVM XXIV.

Sereniſſima Margarita VII. Auſtriaca, ſoror Annæ prediĉtæ, nubens Philippo III. Hiſpaniarum Monarchæ ſtirps eſt modernorum Regum Hiſpaniæ, vti ex matrimonio eiuſdem Philippi cum eadem liquet.

MATRIMONIVM XXV.

Sereniſſima Maria Magdalena I. prædictæ Margaritæ ſoror, ſtirpsq; poſtremorum Magnorum Florentiæ Ducum, Principumque, nupſit Coſmo II. Mediceo, Ferdinandi filio, Magno Duci Hetruriæ IV. 1608. ſub Pontificatus Pauli V. ann. 3. Imperij verò Rudolphi II. 32.

Manl. Gans. Kilian.

NAtiuitas huius Archiduciſſæ, quæ genuit, vt ſuperius monſtratum eſt, ſuperſtites Principes, ac ſimul cum eis magnos Tuſciæ Duces, contigit, teſte Manlio, quem Gans ſequitur, & alij 1567. 7. Octob. Nuptiæ iuxta Kilianum 1608. celebratæ. Obijt tam digna coniux, cuius virtutes ſuo proprio loco recenſebimus, Paſſauij in itinere ad fratrem Ferdinandum II. Imperatorem 1632. Notat Gans prædictus fol. 10. in Carolo Archiduce. De Coſmo Magno Duce, & eius ſtirpe dictum eſt ſufficienter tam in Gutha, ſeu Iuditha Habsburgica ad Arb. 4. Gans, quam etiam & quidem fuſius in matrimonio Ferdinandi III. Imper. cum tertia coniuge, & Imperatrice Leonora Gonzaga.

MATRIMONIVM XXVI.

Sereniſſima Conſtantia I. Auſtriaca, defuncta ſorore Anna commemorata, vxor fuit, diſpenſante ſummo Romanorum Pontifice Paulo V. Sigiſmundi III. Poloniæ Regis, qui obijt 1632. 30 Aprilis, coniux verò antea 1631. infra octauam corporis Chriſti.

Vide ſuperius in matri. Iuditæ Habsb.

EX iſthoc coniugio, per quod ſtirps eſt Conſtantia Regina Regis Ioannis Caſimiri ſuperſtitis, plures ſoboles prodiere. Nam poſt eundem Caſimirum editus *Ioannes Albertus* Cardinalis, & Epiſcopus

Digitized by Google

pus Cracouienſis mortuuus 1634. *Carolus Ferdinandus* Epiſcopus Vratiſlauiæ. *Alexander* defunctus 1634. Denique *Anna Catharina*. Sed vtrū Rex Ioannes Caſimirus ſtirpem ſit propagaturus, anceps reſponſio eſt; negatiua creditur veriſimilior.

MATRIMONIVM XXVI.

Sereniſſima Maria Anna Auſtriaca, Cęſaris Ferdinandi III. filia, Electrix Bauara, nunc vidua ſuperſtes, ſuperſtitumque Bauarorum Principum parens, ac ſtirps, nupſit ſub Pontificatum Vrbani VIII. & Imperium paternum Maximiliano Rheni Palatino, & Electori auunculo ſuo, qui natus eſt 1573. Vxor verò 1610. Obijt ipſe anno 1652.

AD natiuitatis huius Archiduciſſæ annum addens quoque Gans horam, ac diem menſis, explicat ſimul nuptiarum tempus his verbis. *Maria Anna* lucem aſpexit intra 2. & 3. p. m. anno 1610. 13 Ianuarij. Et 1635. 15. Iulij Viennæ Maximiliano Bauariæ Electori auunculo ſuo matrimonio coniuncta eſt. Quamobrem magna annorum imparilitas inter hos coniuges, ſiquidem tunc vir iam exceſſerat ſexagenarium, mulier vero vix annum ætatis 25 attigerat. Quæ verò prodit de maxima huius matrimonij felicitate Pallauicinus, breui hæc ſunt. Maria Anna etiam ipſa numerorum omnium Heroina Maximiliano Boiariæ Duci Septemviro collocata eſt, magis auſpicijs Auſtrium, Bauarumque ſanguinem ſemper iungentibus, poſt quam præſertim in vnum Imperium ſub Leopoldo, S. Leopoldi Auſtriaci filio, Auſtrij Bavariq; Principes valuerunt. Vtriuſque Domus tot Heroes ſunt, quot Hæredes. Iam nulla ferè in Germania clauſtra eſſent, inundanti hæreſi, niſi Auſtrij, Boicique Hercules Abilam & Calpem ſtatuiſſet. Maximilianus Bavarus nobiliſſimis victorijs dignam probauit orbi terrarum dexteram, quam iungeret Auſtriæ Heroinæ. Vnde non immerito pro navata triumphali opera à Ferdinando II. Pio Septemvirali calculo donatus eſt. Nihil eſt quod Bavarica corona exoptet, quando precioſiſſimū calculum, toti Orienti invidendum, quem neſcio quo pacto amiſerat, recuperauit.

Gans in Ferd. II.

In ſynop. Geneal. Ferd. II.

A Theodone primo Angelophingo Boiorum Duce 60. à magno Vittelſpachio ſub Friderici Ænobarbi Imperio nobiliſſimo Heroicorum Principum ordine non interrupta ſerie deducitur Wilhelmi Religioſi filius, & parens *Ferdinandi Mariæ Franciſci Ignatij VVolfgangi*, cui maximæ ſpei Principi adprecari lubet invictiſſimam & Ferdinandi

Cæſaris Avunculi, & Maximiliani Parentis fortitudinem ac Religionem Virgilianis verſiculis

Virg. Æneid. 13.

Ecquid in antiquam virtutem, animosque viriles
Et pater Æneas, & auunculus excitat Hector.

Hæreditarium eſt Maximiliano, eritque Ferdinando perennaturum etiam in poſteris celebratiſſimum illud à grauiſſimo orbis terræ Concilio Tridentino elogium Alberto magnanimo Bavaro dictum.

Concil. Trid. de Cathol. Alberto Bauaro.

Veram & Catholicam religionem à clariſſimis & nobiliſſimis maioribus ſuis traditam tanta fide & conſtantia conſeruauit, vt hiſce miſeris temporibus in tota Germania firmiſſimum Apoſtolicæ Eccleſiæ propugnaculum iure optimo habendus ſit. Hæc Pallavicinus. Qui verò fuerint maiores Maximiliani Electoris Mariæ Annę Auſtriacæ neptis ſuæ coniugis, dictum eſt ſuperius ac pluſquam ſemel. Attamen quia valdè probabiliter eius originis recentiores figunt radicem in S. Carolum Magnum, ut tota ſeries vnico oculorum intuitu percurri, ſine vlla linearum interciſione, commodius poſſit, libeat eam reſcribere ex arbore, nuper inciſo à Kiliano, cui titulus

GENEALOGIÆ SERENISſimorum Boiariæ Ducum &c.

CAROLVS MAGNVS natus 742. Electus Imperator, non 754. vt ipſe mendoſe impreſſit, ſed 800. Moritur 814.

PIPINVS Rex Italiæ Bavariæ, & Sueuiæ, ac Ludovici Pij Imp. frater.

BERNARDVS Comes in Lengenfeld.

ARNVLPHVS Comes in Legenfeld, Dux factus ab Imp. Arnulpho

LEOPOLDVS Luitbaldus Marchio, & Dux Bauariæ deſignatus à Ludovico III. Imper.

ARNVLPHVS, vel Arnoldus frater Bertholdi.

ARNVLPHVS, vel Arnoldus, cui fratres Eberardus, Hermanus captus in prælio, & Iuditha vxor Henrici Ducis, Othonis I. Imper. fratris.

BERTOLDVS, parens ſecunda vice Henrici, ſiue Hezil, ſed

VVERNERVS primogenitus, ac ſtemmatis propagator, ex quo ante Babum 1.

OTHO I. cui filij tres, ſecundus Arnolphus, à quo Comites in Dachavv, tertius Conradus, à quo comites de Phaloi, ſed prior

OTHO II. Comes Scheirn. Ex hoc orti Bernardus ἄπαις, Bertoldus, Eccaro, à quo Comites de VVolfartshauſen, &

OTHO III. Comes de VVitelsbach, huic genitus ante Eccardonem

OTHO

OTHO IV. Sapiens, ex quo Fridericus, & poſt alterum, modò ſubijciendum, Otho iunior, vnde Otho Cæſar Philippi Rom. Regis & poſtea de VVilgrauen, Conradus Archiep. Mogunt. & Saliſburg. Iuſtitia, &c.

OTHO Magnus à Friderico I. Dux Bauariæ deſignatus.

L V D O V I C V S Septemvir à Friderico II. conſtitutus, interfectus Kelheim. Eius ſoror Sophia coniux Hermañi Landgrauij Haſſiæ.

OTHO Septemvir parens Henrici, ex quo Otho Hungariæ Rex, frater, Sophiæ Gerardi de Hirsberg vxoris, & Iſabellæ coniugis I. Conradi Siciliæ, & Hieroſol. Regis, ſed hæres, & ſucceſſor

LVDOVICVS II. Seuerus Septemvir quatuor prolum genitor. 1. Methildis vxor Ducis Brunſuic. 2. Agnes nupta Henrico Haſſiæ Landgrauio. 4. Rudolphus Elector communis parens Comitum Palatinorum, ſed 3.

LVDOVICVS Romanorum Imper. Vxor 1. Beatrix Polona. 2. Margarita Hollana.

STEPHANVS Senior Septemuir, ex quo ante Stephanum, & Fridericum.

IOANNES, cui tres liberi, VVilhelmus III. Sophia coniux VVẽceslai Bohemiæ Regis, ſed Stemmatis propagator

ERNESTVS, ex quo Beatrix, & Eliſabehta ſed ante has

ALBERTVS III. Pius, qui Regnum Bohemię repudiauit.

ALBERTVS IV. Sapiens, & nouem fratres, Ioannes *ἄπαις*, Erneſtus, Sigiſmundus, Albertus, Chriſtophorus, VVolfgangus, Barbara Monialis, Eliſabetha coniux Erneſti Electoris Saxoniæ, Margarita vxor Friderici Ducis Mantuæ,

GVLIEMVS IV. cuius fratres ſeptem, Sidonia, Sibylla Ludouici Palatini vxor. Sabina mulier Vlrici Ducis VVirtenberg. Suſanna, Ludouicus *ἄπαις* cælebs, Erneſtus Adminiſtrator Paſſau. & Archiep. Saliſburg. Suſanna 1. vxor Caſimiri Brandeburg. 2. Othonis Henrici Comitis Palatini.

ALBERTVS V. cui fratres Theodo, & Methildis vxor Philiberti Marchionis Badenſis. Filij, Carolus, Ferdinandus, *Maria* coniux Caroli Archiducis, Maria Maximiliana, Fridericus, Erneſtus Septemvir Colonienſis.

GVLIELMVS V. decem prolium parens, quæ ſunt. Chriſtophorus, Chriſtierna, *Maria Anna* coniux Ferdinandi II. Roman. Imper. Philippus Cardinalis Epiſcopus Ratisbonæ: ſexta Ferdinandus Archiepiſc. Col. Elector, deinde Leonora Magdalena, Carolus, Albertus VI. ſuperſtes, parenſque Mariæ Renatæ, & Ioañis Franciſci Caroli, & Magdalena coniux Wolfgangi Gulielm. Comitis Palatini Rheni Neoburg. Quintogenitus

MAXIMILIANVS Septemvir. Vxor Maria Anna Auſtriaca, cui

Digitized by Google

dotes quamplurimas Deus & natura contulit, quas non eſt opus hic recenſere, digna enim reperitur, vt inter Illuſtres Auſtriacarum ſobolũ fœminas collocetur.

FERDINANDVS MARIA Elector natus 1636. Vxor, año, quo parens obijt, nupta, Adelheidis Sabauda Electrix moderna.

MATRIMONIVM XXVII.

Sereniſſima Maria Leopoldina Auſtriaca Leopoldi V. Archiducis filia facta Imperatrix propter coniugiũ cum Ferdinando III. Imperatore, ac patruele, reliquit filium Archiducem Carolum Ioſephum, vt ſuperius monſtratum eſt.

MATRIMONIVM XXVIII.

Sereniſſima Clara Iſabella eiuſdem Imperatricis Leopoldinæ ſoror nupſit 1649. Duci Mantuæ, & Montisferrati Carolo II. ſub Pontificatus Innocentij X. anno 1. Imperij verò Ferdinandi III. patruelis 13. iam parens facta Caroli III.

Dies natiuitatis huius Archiduciſſæ D. Claræ S. P. Franciſci primogenitæ conſecratus erat, etenim venit in lucem die Auguſti 12. anno Domini 1629. Nuptiæ eius incredibili apparatu & magnificentia celebratæ Mantuæ 1649. Fauſtitas earum maximè conſideranda ex genita prole, quæ omnis Italiæ tranquillitatem eſt auſpicata. Principis ortus parentum Pietati S. Franciſci alumnis vtrique è confeſſionibus ſelectis ſummoperè addictæ (iam pro eo B. Iacobo de Marchia ab ipſis emiſſo voto) attribuenda. Dotes quamplurimæ in ambobus coniugibus, Dux Carolus arma hodie Imperialia in ſtatu Mediolanenſi aduerſus Mutinenſem Ducem, Gallicanas partes fouentem, regit.

MATRI-

Digitized by Google

MATRIMONIVM XXIX. ET VLTIMVM in hac 1. Claſſe.

Sereniſſima Maria Anna Auſtriaca, Cęſaris Ferdinandi III. filia nupſit Regi Hiſpaniarum Philippo IV. Catholico, vt in huius cum ipſamet coniugio proditum eſt.

IN dotale auſpicium præſentis coniugij obtulit Pallauicinus tantæ Reginæ Mediolano patria ſua, vnde Madritum itura ipſa erat, Auſtriacorum Cæſarum hiſtoriam, totam ferè panegiricè conſcriptã, ac in eadem Ciuitate anno 1649. impreſſam. Ibi in ſynopſi Genealogica Auguſtæ ſobolis Ferdinandi Imp. parentis hæc ſubdit ad noſtrum propoſitum. *Maria Anna* non Heroina tantùm, ſed Heroidum flos, Reginarum maxima, ſæculi noſtri decus, orbis gemini felicitas, & adnectens Romanum Imperium. Catholico orbi Vnio, omnibus ferè dotata terris, totoque mari ſponſa, vtriuſque nunc eſt Auſtriæ Domus Imperatricis, & Regnatricis incrementũ. Suis natalibus Septemtrionem, Nuptijs occidentem, imò Orientem, & Auſtrum totumque Auſtriacum orbem ſub vtroque Cæli axe, ſoliſque curſum latè explicatum magna fauſtitate, & ingentibus auſpicijs condecorat. Auſtriadum virtutum dote coniugem Monarcham Maximum ditat, Beneficientiæ, & Clementiæ fama Populos rapit, Pietatis exemplis famam conſecrat, & poſt emenſas aliis præpetibus terras Cælo attollit. Hac Heroidum *Gemma* vtriuſque Auſtriæ fundamenta firmantur, inquam geminam Solis Orientis, & Occidentis domum complexa Hiſpanorum Monarcharum Magna inclyta Domus, inclinata recumbit. Hæc *Caduceatrix* Orbis terrarum Auſtriaco Hymenæo facem ſimul auſpicatiſſimam, & pacem accendente: Hæc *Publica ſpes, ac felicitas* laxatis habenis gaudiorum à populis ſtupentibus ſimul & plaudentibus ſuſpicitur. Ipſum MARIÆ ANNÆ magnum nomen *Imperiorum & Gratiarum* vox magnifica, & amabilis, Auſpicium, & Elogium maximum eſt. Et certè nihil ſanctius in humana, nihil maius terra, cælumq; veneratur, ac celebrat. Extra orbem eſt, cui hoc Auguſtum nomen non irradiat, quod iam ſolem vtrumque induit, & latere neminem poteſt. Fauete ſuperi, & vnius Mariæ Annæ *Omnes thalamo conferte triumphos.* Mortales plaudite dum regnat Auſtriacus non ſolum idem per Zephyri metas Hymeneus, & Euri, ſed Boreæ, & Auſtri, ac Septentrionis Imperium Auſtrio Orbi iterum iungit. Tu vero *Maria Anna Reginarum Maxima* redde matrem Hiſpaniæ quæ tibi matrem dedit, quando Germania Reginam reddit, quæ Imperatricem acceperat. Vos interim Magni Auſtriadæ (neque enim aut maiori nomine, aut cognomento nobiliori appellare vos poſſum) tanti Auſtriaci

Pallau. in ſynopſ. Gen. Ferd. 3.

Dos virtutũ

Claud. de n. Hon. & Mar.

coniugi Mariæ Annæ Auguſtæ cum *Philippo IV. Hiſpano Monarcha Maximo* auſpicijs, terque quaterque beati, Viuite, Regnate, Vincite, Triumphate, & quod ſolum ad cumulum beatitatis magnæ dominationi accedere poteſt, felicitatem cum veſtris Imperijs, ac triumphis æternitatem cum felicitate coniungite. Hæc ſcripſit Pallavicinus ſuper iſtud coniugium, e quo dum citius totius Reipublicæ chriſtianæ comūne bonum maſculam ſobolem exire iuſta ac magna cupidine exoptat, equidem votis ſuis miſerens Numen reſpondens, proculdubio illius prognoſtica conſpicuiori exitu toto orbe Chriſtiano lætante comprobarentur. Hactenus pro claſſe priori, in qua ſpes publica Eccleſiæ Romanæ Mariam Annam Catholicam Hiſpaniarum Reginam apponere ſuaſit, præſcia fortè, ſe eam, quam paucis ab hinc annis fœmineæ ſobolis ſalutauit propagatricem, etiam & maſculæ, auſtris auſpicibus, de proximò ſalutaturam.

Excurſus III.

CLASSIS ALTERA.

AVSTRIACARVM mulierum, maritorum ſanguinem minimè propagantium, ac ſine prole maſcula decendentium.

HAnc claſſem, vt ſuperius tetigimus, proponens Auctor M. S. in citata tabula, addidit quoque ſecundam eius partem, inquiēs. Fœminæ Auſtriacæ abſque ſobole maſcula relicta mortuæ cū maritorum Genealogijs ex archiuis deprompt is. Inter eas ex filiabus Rudolphi I. excludit Catharinam, & Heluigem, quod etiam Gans facit. Ex filiabus vero Alberti Agnetem, & duas Annas (ab eo adductas ſeorſim, ſed perperam, vt infra apparebit) quarum vnam ſelegit Gans, & nos cum eo in proprio eiuſdem matrimonio. Igitur debito ordine omnium matrimonia modo tradenda ſunt, additis etiam quæ in illo catalogo deſunt ex alijs ſcriptoribus.

Sectio

Digitized by Google

Sectio I.

CONTINENS CETERARVM Rudolphi I. filiarum coniugia.

Sereniſſima Catharina Habsburgica ſemel ſponſa, ac ſemel vxor, ſed non eiuſdem viri, Rudolphiq; I. Cęſaris filia, Othoni Duci Bauariæ inferioris electo Vngariæ Regi nupſit 1277. ſub annum I. Summi Pontificis Nicolai III. & ſub paterni Imperij annum 3.

SVb eodem anno 1277. adnotatum reperio præſens coniugium à Gerardo de Roo, qui de Rudolpho parente hæc ad propoſitũ. Interim añus ſeptuageſimus ſeptimus propè exierat & Rudolphus expeditionem in Auſtriam parans, Bauaricam Henrici ditionem armis invadit. Patavium uſque profectum (civitas eſt epiſcopalis ad Danubij Oeniq; confluentem, Paſſavium vulgus vocat) impedire conatur Henricus, ita enim facturum Ottocaro receperat. Miſſi in auxilium Boemi, primo congreſſu fuſi, pars capti, pars in Boemiæ vicinos ſaltus fugà elapſi ſunt. Henricus verò imparem ſe viribus cernens, cum Ludovico fratre prius in gratiam redit, quo & Matilde eius vxore deprecantibus, pacem à Cæſare, ac veniam impetrat. Data etiam in matrimonium *Ottoni* ipſius filio *Catharina* Rudolphi filia, ſex & quadraginta aureûm numerùm millia Cæſar ab eo mutuò accepit, regione ſupra Anaſſum pignoris, & dotis nomine conceſſa &c. M. S. in Rudolpho I. anno antecedenti ponit hoc matrimonium. — Lib. 1. fol. 14. ſub ann. 1277. — Celebratio matrimonij. — Dos.

Fuiſſe autem Catharinam, antequam nuberet, ac mulierem ageret, cum dictoOttone, & hunc electum iam in Hungariæ Regem, ſponſam Ducis Vratiſlauienſis, ante debitam ætatem defuncti, auctor eſt Cuſpinianus, datus etiam in 1. Gentil. fol. 256. Quod etiã mox patebit. — Cuſp. in Rudolph. I.

OTHONIS INFERIORIS BAVARIÆ Ducis Catharinæ Habsburgicæ conjugis eius hoc eſt ſtemma.

OTho Dux Bavariæ obijt 1253. ſepultus Schiræ. Vxor Agnes, filia Henrici Comitis Palatini & hæres eius. — M. S. num. 5.

HENRICVS inferioris Bauariæ Dux obijt 1290. vetat teſtamento, ne liberi paternam hæreditatem diuidant. Vxor Eliſabetha filia Belæ IV. Hungariæ 1244. Obijt 1271.

Digitized by Google

OTHO natus 1261. electus in Regem Hungariæ 1309. (alij 1305) contra Albertum Imp. militauit, cui tandem reconciliatus eſt. A captiuitate deinde Vngarorum mirabili prouidentia diuina liberatur & ſuis reſtituitur. Moritur 1312. ætatis 51. ſepultus Landshuti in Salingthal. Trithemius in Chronico Hirſchavvienſi, & de Ducibus Bauariæ ait, vnicum reliquiſſe filium (alij addunt etiam Othonem filium 14. dierum infantem, Henricum, qui dictus eſt Princeps de Natternberg, quem tradit Landshutenſium tutelæ cum conditione, ne traderet alicui, niſi Ludovico ſuperioris Bauariæ Duci. Henricum & Othonem poſtea nobiles eripere voluerunt, & Ducibus Auſtriæ tradere, & dominia in eos transferre. Vnde bellum exortum fuit, & magnum prælium anno 1314.

HENRICVS filius Natternbergenſis nominatus ab arce vbi educatus fuit, Rex Vngariæ nomine tenus, & Dux Bavariæ inferioris natus 14. diebus ante obitum patris, cōmendatus à patre per ſenatum Straubingenſem, Landshutemq; Ludouico IV. Duci Bauariæ ſuperioris & Imp. qui tutor, & hæres eius fuit. Natternbergi dum ſe in ſaltando nimium exerceret, crus fregit, & vitam finijt 1333. cælebs, & ἄπαις. Vt alibi ſcripſimus, & Gans quoque prodit. Vxor Othonis, parenſq; huius Henrici Catharina Habsburgica. Fratres Stephanus natus 1274. & Ludovicus 1276.

MATRIMONIVM II.

Sereniſſima Helvvigis Cæſaris Rudolphi I. Habsburgici filia nupſit Othoni cognomento Paruo, Othonis Longi Marchionis Brandeburgici filio 1278. ſub eodem Pontifice Nicolao III. anno 2. ac parente Imperatore anno 5.

SVperius tetigimus, Roo ſub annum 1275. iſtud connubium adnotaſſe. Inquit enim, agens de cerimonijs tradendi ſceptri Rudolpho in Romanorum Regem iam creato, ſacris peractis Cæſar convivio Principes excepit. Antequam Aquisgrano diſceſſum eſt, Moguntino adnitente, Methildis Rudolphi filia Ludouico Palatino, Agnes Alberto Saxoni, & Hedvvigis Othoni Brandeburgico deſpondetur. At Guill. in Rudolpho Cæſare, vti in huius etiam priori coniugio tradidimus 1278. eum peractum fuiſſe ſcribit.

Loco cit. l. 2.

Vide ſuper in matrim. Rudolph. I. Imp.

STEM-

STEMMA OTHONIS PARVI Brandeburgici, Helvvigis Habsburgicæ mariti hoc eſt.

EStque pariter illummet, quod proponit Auctor M. S. tom. 2. ita exordiens. Filia Rudolphi I. Cæſaris, cuius maritus fuit Otho oriundus ex Electorali familia Brandeburgica, quem appellarunt *paruum.* Fuit Othonis Longi, Adminiſtratoris Bohemiæ, & Marchionis Brandeburgici filius. Cuius Proſapiæ, ex qua maritum habuit Anna Alberti I. Cæſaris filia, hic eſt ordo. Num. 6.

ALBERTVS Vrſus à Conrado III. factus Marchio Brandeburgicus 1152. Obijt 1159. Vxores duæ 2. Adelhaida filia Conradi Marchionis Miſniæ, cuius liberi exhibentur in ſequenti ſchemmate. Sed prior Sophia comitiſſa à Reinech.

OTHO I. Marchio Brandeburgicus, & Elector à patrino ſuo Primiſlao Rege Brandeburgico Dominus in Zauchen, obijt 1198. Vxor Agnes Duciſſa Saxoniæ. Sorores, Margarita coniux Primiſlai Principis Bohemiæ, Heiluiga vxor Marchionis Miſniæ. Fratres, Bernardus I. Elector Saxoniæ pulſo Leone. Sigfridus Epiſcopus Brandeburgicus obijt 1184. Henricus Præpoſitus Magdeburgicus.

OTHO II. Elector, & Marchio Brandeburgicus poſt varia bella obijt 1206. Vxor filia Comitis Aſcaniæ, & Belleſted. Eius frater & ſucceſſor

ALBERTVS II. ſuccedit fratri in Electoratu, & Marchionatu; hæres etiam alterius fratris Henrici Marchionis in Tengermunde, vbi habitabat, obientis ſine liberis 1192. Auctoriſque Cœnobij Stadienſis. Vxor Alberti Methilda filia Conradi Marchionis Miſnenſis, & Luſatiæ Domini Rochliz. Filius tertio natus

JOANNES I. ſuccedit patri in Electoratu Auctor Chorinenſis Monaſterij obijt 1266. Vxor 1. Sophia filia Walderami II. Regis Daniæ obijt in Dania 1240. Vxor 2. Sophia altera. In hac linea

ALBERTVS III. ſine hærede obijt 1287. Sorores eius, Helena, Methildis, Agnes vxor Bugſlai Pomerani 1308. extincti. Secundo natus Alberti II. poſt ſororem Metildam, Othonis Ducis Brunſchvvigcenſis coniugem,

OTHO III. Marchio Brandeburgicus ſuccedit patruo Henrico in Tengermond. Dictus Pius obijt 1262. Vxor Beatrix filia Othocari Regis Bohemiæ Magni, ſoror Othocari.

OTHO Longus Adminiſtrator Bohemiæ. Vxor Iuditha. Soror vnica Kunigunda, vxor Belæ filij Belæ IV. Regis Vngariæ ducta 1264. Pragæ. Fratres Otho Paruus monachus Lechinenſis obijt 1304. Ioannes

nes dictus Pragenſis, quia ibi natus, occiſus torneamento Nevvburgi.

OTHO Paruus. Vxor Helvvigis Rudolphi I. filia, ex qua Ioannes V. ſine hærede obijt 1312. Agnes & Anna. Frater Hermannus obijt 1308. vxor Anna filia Alberti I. Imp. ducta 1298.

MATRIMONIVM III.

Sereniſſima Margarita Habsburgica Cęſaris Rudolphi I. filia nupſit Theodorico Comiti Cliviæ.

Extra ſeriem communem.

NEque in ſerie filiarum Rudolphi I. Imp. data in 1. Gentilitio loco paſſim citato, neque in vtroque M. S. tomo, neque apud alios diligentiores hiſtoricos hoc coniugium quiſpiam reperiet. Solum apud Gabrielem Bucelinum eum obſervaui in illa tabula Genealogica, cuius pars altera, Geneſeos Auſtriacæ Habsburgiæ intitulatur, incipitque à Rudolpho I. Protoparente, protrahiturque vſque ad ſuperſtites Principes. Verum vt etiam aduertit P. Gans, quia alij non contemnendæ auctores notæ, & ipſe pluries quoque animaduerti, plures earum, quam adnumerauimus filias, Rudolpho tribuunt, forte ab ipſis deſumpſit Bucelinus præſentem Margaritam, vel ſaltem ab aliquo alio monumento, nondum cuiquam niſi ei ſoli noto, & comperto. In gratiam ergo tam pij atque docti viri hic eum addere curauimus, alijs de eo relicto examine, ac iudicio. De Genealogia Theodorici huius nihil adhuc indagaui. Forte apud Henningium, qui etiam exceſſit numerum ſolitum filiarum Rudolphi I. poterit lector aliquid reperire.

Digitized by Google

Sectio II.

DE RELIQVIS FILIARVM *Cæſaris Alberti I. matrimonijs.*

MATRIMONIVM IV. Duplex.

Sereniſſima Agnes Auſtriaca Alberti I. Imp.

filia duobus nupſit: primum Friderico Romano ex claro Columnenſium ſanguine illiberi. Mox vidua Andreæ cognomento Veneto Regi Hungariæ XXIII. Nuptiæ celebratæ 1296. ſub anno Summi Pontificis Bonifacij VIII. 2. Imperatoris vero Adolphi (alias Aſtaulphi) 4.

Friderici Romani ex Domo Columna Principis, generique Alberti Auſtriaci Imperatoris ſtemma.

VOco hoc nomine hunc Columnenſem Dominum, equitemque Romanum (quem ex ſelectione Cæſaris Alberti, ei filiam ſuam valde dilectam, imo & primogenitam ſecundum Heuterum apud Gans, & alios, tradendi, magnum virum ſanguine, ac dotibus extitiſſe argumentor) non quia adhuc apud aliquem auctorem ita appellari, aliquidue de ſuis genitoribus comperi, ſed propter eandem rationem, quam Gentilitio 1. attuli. Vixiſſe Sciarram Columnenſem tempore Bonifacij VIII. paulò inferius probabitur, vbi etiam obijſſe ſine liberis apparebit. Sed vtrum is, qui fuit frater Martini Pontificis optimi Maximi, Agnetem Auſtriacam duxerit, vel nec ne penitus ignoro. Scripſi ſuperius in matrimonio 17. primi ordinis quomodo Eitelfridus I. Comes Zolleranus, coniuxque Eliſabethæ Habsburgicæ Rudolphi Cæſaris ſororis initia ex Petro Columna duxerit. In præſentibus remanet tantummodo indagandum generis exordia huius tam illuſtris familiæ, toti Europæ adhuc communi fama ſanguinis, & meritis claritudine valdè notæ. Agit de eius initijs quam accuratè Raphael Volaterranus, qui ante noſtrum ſæculum integrum cum dimidio ſcripſit, tempore videlicet Iulij 11. cui etiam opus ſuum dicauit. In libro enim 22. ſuæ Anthropologiæ tali modo de ea ſcribit. Vide fol. 54. & ſequ.

Raph. Volaterr. de Columnens. famil. lib. 22. Antropol. fo. 258 & ſeq. Colum. fami. per tres lineas deducta.

De *Columnenſium* autem origine, vt par eſt in hoc loco recenſere, nihil ſanè exploratum, authorem tamen habeo, qui dicat eos ex oppido Columna deſcendiſſe. Ipſi in ſtemmatis nihil antiquius præferunt quam ab hinc annis ferè 500. (*nobis 657.*) Odonem quendam magnum militem appellatum, qui omnia ſimul eorum caſtra vnus poſſidebat. Deinde familiæ triplex facta deductio. Prima quæ de *Ginazano* dicitur. Secunda de *Gallicano*. Tertia propriè de Columna, quibus viri principes propè 200. (*vſque hodie longè plures*) vſque hodiernum micuere. Religioſius inter eos nihil *Ioanne* Eduardi filio nominatur. Is Cardinalis S. Praxedis ac legatus in expeditione Hieroſolymitana fuit, anno 1220. martyrium ferè paſſus. Nam inter duos poſtes à Barbaris hoſtibus incluſus, iàiam ſecandus erat, niſi illos divina providentia eius conſtantia fideq; permotos penituiſſet. Revertens verò, *Columnam*, cui Chriſtus alligatus ad plagas fuerat, ſecum attullit, quæ nunc apud ædem S. Praxedis viſitur. Ab his etiam viris Xenodochium propè Baſilicam Servatoris excitatum. Nihil verò Audacius *Sciarra*, qui Bonifacio VIII. reſtitit; ſiue *Petro* Columna, qui ſub Paſchale II. Cauios oppidum occupauit, ſiue *Ioanne* Columna milite Ladiſlai Regis, qui ſub Innocentio VII. Nihil inſuper contumacius *Stephano* Columna, qui Romæ invito Pontifice Ludouicum Bavarum coronavit, vnde Columnæ gentilitiæ corona eſt addita. Nihil denique Melius, aut Benignius hoc ipſo *Martino* (Pontifice Columnenſi) cuius fama bonitatis modum tot Eccleſiæ turbinibus impoſuit.

Quare ſuper Columnn. Columna corona impoſita. Quis Pontif. Martinus Columna.

Filij Agapiti Columnæ.

Summi Chriſti Vicarij fratres ex Agapito patre tres fuere. *Iordanus* maximus natu, Dux Venuſiæ, deinde Princeps Salernitanus. *Sciarra*, qui ſine liberis deceſſit: & *Laurentius* Comes Albæ, ac magnus Regi Camerarius. Huic item vltimo tres liberi fuere. *Antonius* Princeps Salernitanus & Marchio Crotonis ac Vrbis Præfectus: *Proſper* S. Georgij ad Velabrum Diaconus Cardinalis: & *Eduardus* Dux Amalfitanus, ex quo *Ioannes*, & *Fabritius* geniti. Ex Antonio verò *Ioannes* Cardinalis, ac *Proſper* qui gratia nunc, & autoritate apud Iulium florent quantum ſub Alexandro prius exagitati fuere. Ipſi autem Proſper & Fabritius impigri Duces in rebus Neapolitanis egregiam nuper Hiſpanis operam navarunt. Hactenus Volaterranus, cui addidit Franciſcus Sanſovinus, Platinam etiam ipſum aſſeruiſſe, Columnenſes ex dicto oppido Columna exiſſe: Blondumque pariter in deſcriptione Italiæ idem affirmaſſe. Subditque

Filij Laurent. Columnæ.

Filij Eduardi Columnæ, & Antonij.

Sanſo. fol. 92.

PAVLA Agapiti filia conjux fuit Iacobi Appiani, Plumbini Domini.

ALOYSIVS Laurentij filius Regis Alphonſi Capitaneus.

ANNA Iordani filia nupſit Ioanni Antonio de Balzo vltimo Tarenti Principi.

ODO filius Agapiti antea Cardinalis S. Georgij creatus ab Innocentio VII. ac poſtmodum, expleta honorificè ſub Ioanne XXIII. Vmbriæ

Digitized by Google

briæ legatione, depoſitoque in Concilio Conſtantiæ eodem Pontifice, in eius vice vnanimi Purpuratorum conſenſu abs quinque nationum Prælatis in ſummum Pontificem creatus eſt 1417. vocatus *Martinus* III. de quo ſuperius. Tranſit deinde Sanſovinus poſt Odonem ad plurimorum Cardinalium ſeriem, quorum aſſiduum veluti ſeminarium hæc Proſapia extitit. Inde ad ſeculares, primo ſunt apud ipſum Antonij Salerni Principis, ac Laurentij geniti 4. filij, ac inde alij.

THOMAS, quem morti damnauit Eugenius IV. propter Romæ tumultus.

JOANNES Cardinalis S. Mariæ in Aquiro, vt dictum, cuius rogatu Columnenſes inter ſuos nobiles Reſpublica Veneta enumerauit.

HIERONYMVS propter nobilium vallis præſtitam defenſionem abs ſuis, de ſtirpe S. Crucis dictis, occiſus.

PAVLA Fabritij de Summa coniux.

PROSPER Paliani dominus magni nominis Dux, de quo Iouius, Guicciardinus, & alij celebres ſcriptores.

VESPASIANVS Proſperi filius, cui 1. vxor Beatrix Dñi Pumblini filia. 2. Iulia Gonzaga inſigni pulchritudine celebris

ISABELLA huius filia ex 1. vxore coniux 1. Aloyſij Gonzagæ, ac 2. Caroli Lanoia Sermonetæ Principis.

PETRVS *Franciſcus* Hieronymi prædicti filius genuit Victoriam Camillo Calumnæ elocatam.

OCTAVIVS eius frater genuit Fabium Epiſcopum Reatinum, Martiumque coniugem Liuiæ, Marci Antonij Columnæ filiæ.

JVLIVS frater genuit Tulliam, Virginiam, Claudiam Napoleonis Iordani Vrſini filij vxorem, & Portiam Comitis Caſtri ex familia Gattinara conſortem, ac magni Regis Neapoli Cancellarij, quo mortuo, nupſit deinde Portia Marco Antonio Tuttavillæ.

MARCELLVS frater vir excellens in armis ſub Carolo V. Imper.

POMPEIVS Camilli filius duxit Orinthiam Martij Columnæ filiam.

MARCVS ANTONIVS, Petri Antonij, filij Antonij Principis Salerni, filius, ac omnium Romæ Baronum pulchritudine præſentię, morumq. & illuſtrium virtutũ concurſu Princeps ſpectabiliſſimus meruit in vxorem Iulij II. Pontificis neptem Lucretiam. Defendit contra Gallos ac Venetos Veronam. Equitatus ductor adhærens Regi Galliarum Franciſco, à quo Eques S. Michaelis creatus fuerat, in obſidione Mediolani ictu colombrinæ, vt vocant, perijt 1522.

Fridericus, & Ferdinandus Fabritij filij, ac Odoardi nepotes.

VICTORIA horum ſoror celebris ac docta. Scripſit Italicè carmina valdè grata, ac optimæ exiſtimationis apud Bembum, Guidiccionem, Caſam, & omnia illius tempeſtatis ingenia. Nupſit Marchioni de Peſcara.

ASCA-

Digitized by Google

ASCANIVS eius frater, Palliani Dux armis illuſtris, magnique conſilij vir. In eum bellum movens filius Marcus Antonius, captus à Sannitorum provinciæ gubernatore ex Prorege Neapolis mandato, intra honeſtum carcerem obijt.

PROSPER, ac MARCELLVS Aſcanij filij: nec non &

FABRICIVS coniux Ippolitæ, Domni Ferrantis Gõzagæ filiæ. Obijt ex febri in bello Parmenſi.

MARCVS ANTONIVS vir in armis perilluſtris. Magnus Conſtabilis Regni, Dux Taliacozzi ac Palliani, ac eques aurei velleris. Valde in rebus militaribus à teneris annis gnarus, varieque plurimis in occaſionibus muneribus per egregia functus facinora, Claſſis Eccleſiæ à Pio V. Dux generalis factus, meruit poſt inſignem nauatam operam aduerſus Turcos, in quorum exterminationem, ac profligationem multa cum ſui & familiæ ſuæ gloriam ſe geſſit, Romam more triumphantium Cæſarum ingredi. Vxor eius Felix Vrſina, ſoror Iordani Braciani Ducis

FABRICIVS eius filius. Vxor ſoror S. Caroli Borromæi ac Pij IV. Neptis. Hucuſque Sanſouinus.

DE ALTERO AGNETIS AVſtriacæ coniugio cum Rege Veneto Hungariæ Andrea, deque huius genere breuiter.

Vide Gentil. 1. in fil. Alb. 1.

AGnomen huius alterius Agnetis viri, vel ratione matris, patria Veneta, vel ratione natalium, quæ ibidem contigerunt. Illud aſſeruit Gans, alibi etiam datus illis verbis, quarta ſecundum L zium, ſecundum Henn. verò, & Heutterum primo Agnes fuit, primum Columnenſi cuidam Principi deſponſata; deinde, eo mortuo, Andreæ, Vngariæ Regi Stephani ex Tomaſina Maurocena Veneta nati, filio Hoc vero habeo, citra alios, qui poſt eum ſcripſere, ex Roo, à quo etiam idem Gans hiſtoriam ſumpſit, agens de cauſa, & occaſione preſentis coniugii. Habeo etiam ab eodem nuptiarum peractarum tempus. Andreas II. inquit auctor, Belæ III. filius, quarti pater cum ex regione Palatina, magnis rebus geſtis, Veneta claſſe redijſſet, ad Eſtenſem Principem veterem hoſpitem diuertit, vbi Beatricem eius filiam ob formæ, & morum elegantiam ſecundis nuptijs vxorem duxit. Ea mortuo Rege, gravidam ſe ex illo manifeſtis indicijs probans, ad patrem redijt, & exactis menſibus filium peperit, cui Stephano nomen datum. His iam ex ephebis egreſſus, præmatura dominandi libidine Regno per vim arrepto, eiectus, ad Iacobum Aragonium Regem, ſororis maritum fugit, vnde Venetias profectus ex Tomaſina Maurocena filium ſuſtulit, Andream III. cognomento Venetum.

 Cum-

Cumq; Ladiſlaus Rex ob vitæ incontinentiam, & adulteria Hungaris inviſus & Pontifice Romano ſacris prohibitus eſſet, Andreas in ſpem Regni venit. In itinere dum eſſet ab Arnoldo quodam Sileſio Trigauienſi comite captus, ad Albertum ducitur, & Viennæ ad aliquot dies in libera cuſtodia habitus, cum iure jurando pacem ſe culturum,& Agnetem Alberti filiam ducturum affirmaſſet, in regnum mittitur, & biennio poſt Ladiſlao à Cumanis interfecto, in Regem eligitur. Iamq; à Gunſenſibus & alijs nonnullis incitatus, diſſimulata eorum memoria, in quæ & ipſe & cum eo proceres aliquot Hungariæ iurauerant, affinitati renunciat, bellum mouet, oppida quædam & arces Auſtriæ Regno vicinas occupat, agroſque Neapolim vſque populabundus pervagatur. Albertus igitur comparato exercitu in eum movet. Cumque Andreas maiores & ipſe vires ſibi parat, ſeditionem domi exortam intelligens, vti ea extinqueret pacem cum Alberto facit, munimentaque quædam Boteburgum, Cherlburgum, & alia demolitur. Matrimonij pacta renovata, & anno demum nonageſimo ſexto celebratæ ſunt nuptiæ. Circa quæ tempora Viennæ in palatio ſuo prandenti venenatum ferculum Alberto fraude neſcio cuius apponitur, quo deguſtato maximo dolore corripitur. Occluduntur ſtatim oſtia & obſeruantur, ne exire quiſpiam poſſet. Aderant præter alios non multos Fridericus & Albertus Buchhaimij fratres miniſterio menſę deſtinati, qui ſubito Principis periculo conſternati, ſimul vti omnem abs ſe ſuſpicionem amolirentur, ambabus manibus in patinas involvant, cibos in ora ingerunt. Albertus hoc ne facere permittantur, nutu, & quanto poteſt clamore prohibet, perſpectam ſibi iuuenum fidem, & innocentiam teſtatur. Interim tota vrbe Albertum ſubita morbi vi ſublatum eſſe rumor ſpargit, quem pro ſuo quiſq; in Principem ſtudio alij aliter accipiebant. Medici verò ad violenta propè remedia tam præſenti vitæ periculo confugientes, omnem veneni vim, ſtatu corporis inverſo per os & nares oculoſque & aures expulere, neque aliquid incommodi ſenſit, quam quod alterius oculi vſu caruerit, & facie ſubpallida fuerit. Hactenus Roo, cuius hanc poſtremam hiſtoriam haud abs eo, ſed à Cuſpiniano deſumptam in Genealogiæ coniugis Alberti ſerie ſub principio ſuperius adnotauimus. Nec alia de re iterum in præſentibus ipſamet reſcripſimus, niſi quod aliquanto variam, ac magis diſtinctam eam reperimus, atque argumentum commune, pluries à nobis alibi demonſtratum de ſimultanea dulcis cum amaro mixtione, quam Orbis magnates inter maiores ſæculi voluptates vt plurimum ebibunt. Auctor M. S. de Rege Andrea, & eius coniuge Regina Agnete hæc breui attulit. Andreas III. *Venetus* cognominatus, quod Venetijs natus fuit, Rex Vngarorum XXIII. Auſtriam in ſuam poteſtatem redegit. Huius coniugium cum non eſſet fęcundum, à Pontifice Romano Legatus miſſus eſt in Vngariam, qui genti commendauit Carolum puerum vndecim annorum pronepotem ex ſorore Ladiſlai IV. Regis Vngariæ, filium vero Caroli Metelli

Capitur And.

Liberatur ab Alberto.

Ladisl. occiditur.

Alberti pax cum Andrea.

Nuptiarum tempus, & veneni Alberto exhibiti.

Sub num. 14.

Digitized by Google

Regis Siciliæ, qui etiam hac occaſione vt hæres 1299. in Vngariam introductus eſt, viuente adhuc Andrea, qui in arce Budenſi circiter feſtũ S. Felicis obijt 1301. Regni 11. ἄπαις. Sepultus in æde D. Ioannis. Vxor eo ſine liberis mortuo in Auſtriam redijt paternæque poſtea necis vltricem ſe acerrimam præbuit. Defuncta quoque matre Campi Regis monaſteria, quæ cœperat, maximis ſumptibus perfecit, ibidemque vidua annos tres & ſexaginta exegit, & poſtremo ſepulta eſt 1364. Alij in monaſterio Toſſæ ad Toſam flumen, quod etiam in agro Tigurino condiderat, tumulatam prodiderunt.

Vbi ſupra. At reliquiſſe vnicam fœminam Andream Regem narrat Gans hoc modo. Quinto poſt anno mortuus Budæ Agnetem viduam cum filia infante eiuſdem nominis reliquit, quas Hungari in cuſtodiam abdiderunt, neque pro dignitate ſatis habuerunt. Literis itaque Patri conqueſta, hoc effecit, vt ineunte ſequentis anni vere Hermannus Lindebergius magno cum exercitu Vngariam mitteretur. Hungari vt hoc bello defungerentur, vtramque Reginam cuſtodia liberatam ad Cæſarem miſerunt, quæ deinde ad Kônigsfeldenſe Monaſterium miſſæ, procul aula, & hominum ſtrepitu vitam peregerunt. Mater 84. ætatis anno Chriſti vero 1364. obijt.

MATRIMONIVM V.
Duplex.

Sereniſſima Catharina Auſtriaca, Cæſaris Alberti I. filia primum ſponſa Henrici VII. Imper. mox, eo extincto, vxor Caroli Calabriæ Principis 1313. ſub annum tam Clementis V. Papæ, quam etiam & ſponſi Henrici vltimum.

Roo fol. 83. & ſequ. DE ſponſalibus inter Cæſarem Henricum VII. anno antecedenti, nempe 1312. celebratis cum Catharina Auſtriaca habeo Roo, qui lib. 2. ad annum 1312. ita ſcribit. Interim Henricus Cæſar ignauiæ eos accuſans, qui ante ſe Romam Reges à Friderici II. temporibus ad Italiam non iviſſent, ad iter ſe parat. Comites illi ex Germanis Principibus primi ſe iungunt Rudolphus Bavarus & Leopoldus Auſtriacus. Magnis tum motibus Gibellinæ, & Guelphæ factionum Italia æſtuabat, quas Pontifex à Cæſare quam abs ſe pacari malebat, itaque in Gallis manſit, erat enim ipſe Gallus. In hac expeditione Cæſari magno vſui fuit Leopoldus, Mediolani enim cum mille quadrigentis Germanis relictus à Turrianorum molitionibus vrbem tutatus eſt, & poſt egregiè nauatam operam, Ioannis patruelis ſui particidæ hæreditatem Cæſaris beneficio obtinuit. Cæſar Genuæ cũ eſſet, vxorem amiſit, hinc

Romam

Digitized by Google

Romam profectus aduerſæ factionis ciues non ſine ſanguine vicit, & à Cardinalibus coronam ſuſcepit. Cum adhuc in Italia ageret deſponſa illi Catharina Alberti Cæſaris filia Ticinum vſque ducta, ſed antequam nuptiæ fierent, Cæſar Beneconventi in agro Senenſi à monacho quodam Dominicano (hunc alij Bernardinum vocant, alij Ioannem de Montopolitano) ſacro pane, aut iuxta alios medicato calice peremptus eſt : annus eius mortis in his verbis comprætienditur. Henrici VII. obitus.

HeInrICVs à MonaChO CæsVs.

Cæſar vbi toxici vim ſenſit, monacho in aurem ſuſurraſſe dicunt. O Domine, tu mihi calicem vitæ ad mortem dediſti, ſtatim hinc recede, ne ab amicis & miniſtris noſtris arreptus, malo fine pereas, quin potius fuga ſalutem quere, pœnitentiam age, & Deum pro remiſſione peccati exora, quia non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Ita Roo, & alij. Jtaque illo eodem anno, in quo incidit primum coniugium Othonis Auſtriaci *Pulchri, & Audacis* cognomento cum Eliſabetha Stephani Ducis Bauariæ filia (de hoc actum eſt ſuperius) nempe 1312. contigerunt & hæc ſponſalia; quę tanto infelicem exitum ſortita ſunt, quanto illud felicē, vnde pax, pro qua cōponenda Patauij, vbi Eliſabetha cum filijs Auſtriacis venerat, conventus decretus erat, inter Auſtriæ, & Bauariæ Principes affinitate firmata eſt. Stirpem Henrici VII. Imper. iam complete in præhabitis coniugijs ſuo loco conſeripſimus. Vide fol. 189

CATHARINAM poſtea (ſubdit ſtatim Roo) duxit CAROLVS Calabriæ Dux, Roberti Siculi Regis filius &c. Auctor M.S. in ſumma totius libri, quam paulo ante citauimus, collocat hoc matrimonium in 1. fæminarum Auſtriacarum coniugiorum claſſe, ſed librarij errorem eſſe, vel alicuius alterius apparet ex eo, quia ibi Catharinam non ſtirpem eſſe ſanguinis ſeu propagatricem (quemadmodum ait de cæteris) ſed vxorem tantum Caroli prædicti affirmat in libro de Genealogijs vbi Loc. cit. ad ann. 1313.

CATHARINA, ait, Alberti I. Auſtriaci filia conlocata erat primo Henrico VII. Imperatori, & Mediolanum vſque deducta cum eodem tempore mors Bonconventi intercepiſſet, frater Leopoldus Carolo poſtea Roberti Siciliæ, & Neapolis Regis filio Calabriæ Principi matrimonio iunxit, quæ Ioannam peperit Siciliæ & Neapolis Reginam, tragicis amoribus famoſam. Albertus Argentinenſis negat peperiſſe. Num. 16. Locus obitus Henr. VII.

Digitized by Google

GENEALOGIA PRINCIPIS
Caroli Calabriæ Ducis 2. Catharinæ Auſtriacæ coniugis.

FViſſe Principeem iſtum S. Ludovici Ordinis Minorum atque Toloſæ Antiſtitis nepotem, ac itidem alterius S. Regis Ludovici IX. abnepotem ex ſupradictis liquet. Peperiſſeq; eius coniugem cum alijs fœminis maſculam prolem, & ab ipſamet relictam fuiſſe, idem auctor M. S. ibidem videtur tradere hoc modo.

ROBERTVS Rex Siciliæ, & Neapolis obijt 1352.

CAROLVS *de Pace* rex Siciliæ & Neapolis declaratus ab Vrbano VI. Romæ die Pentecoſtes coronatus anno Chriſti 1381. Vocatus à quibuſdam proceribus pertæſis fœminæ gubernationis in Vngariam contra Mariam filiam, & Eliſabetham relictam viduam Ludovici regis in Regem Vngariæ XXX coronatur anno 1384. (alij 1387.) in Alba Regali Non. Decembris. Verum anno nondum exacto ex voluntate Eliſabethæ reginæ, rem procurante Nicolao de Gara Palatino per Blaſium Forgach in arce Budenſi pluribus vulneribus confoſſus eſt, ex quibus cum non confeſtim mortuus eſſet, ad Vicegradi arcem ductus, in carcere admoto veneno, & obſtructis faucibus interijt anno 1385. (alij 1388.) Corpus in D. Andreæ æde ſine pompa reconditum eſt. Filij

LADISLAVS. JOANNA II. Regina Siciliæ, Agnes, Clementia, Margarita. Ladiſlaus Chum Rex Apuliæ Iadraam in Dalmatia Venetis vendidit. Vocatus in Vngariam cum Sigiſmundus rex in percuſſores Eliſabethæ matris Mariæ vxoris ſuæ durius animadvertiſſet, & ad Neapolim adverſus Baiazetem Turcicum tyrannum infeliciter pugnaſſet, cum moras necteret, abſens rex Vngariæ creatus eſt à proceribus 1401. capto prius Sigiſmundo. Quo audito Dalmatiam ingreditur: liberato verò Sigiſmundo, in Italiam regreditur, & in regnum paternum à Bonifacio IX. confirmatur anno eodem. Obijt Peruſij 1414. Hæc M. S. in illo num. citato. At non obſcurè coniectari poſſe, auctorem prædictum breuem hanc Genealogiam coniugio Catharinæ Auſtriacæ cum Carolo Calabriæ Duce addidiſſe, deceptum fortè ex nominis ſimilitudine tam Caroli de Pace, quam etiam Ioannæ II. Reginæ, primæ imitatricis. Hac, ni fallor, de re poſuit Catharinam Auſtriacam inter fœminas ſui generis primæ claſſis, vocauitque

que eam haud ſtirpem viri ſui ſobolis (quem cum Carolo de Pace, à paucula illa linea tanquam Roberti Regis filium indigitatum, minimè diſtinxit) ſed vxorem; quia ſuppoſitus Ladiſlaus non propagauit ſtirpem. Verba eius formalia ſunt, Catharina Alberti filia coniux Caroli Regis Neapolitani. Eius poſteritas num. 16. At Carolus ille non habuit poſteritatem, extincta iam Ioanna 1. ſine prole. Et quidem ſi alienam extare hanc ſeriem à præiacto matrimonio, vti tempora ipſa demonſtrant, aduerteret, & extra propoſitum, Catharinam Auſtriacam in 2 claſſe proculdubio collocaſſet. Igitur ne prima facie lector in eundem lapſum incidat, animadvertendum, Carolum Calabriæ Ducem ante parentem Robertum obijſſe, genuiſſeque Ioannam I. commemoratam. Extincta ergo in RobertoRege, cuius obitus poſt Carolum Principem, linea principalior Angioina, poſteritas Regum Neapolitanorũ ſiue vtriuſque Siciliæ fuit huiuſcemodi. Ioanna 1. Regina Neapolis, & Siciliæ, filia Caroli Calabriæ Ducis, nepos Roberti Regis. Carolus III Rex creatus ab Vrbano VI. Dux Dirrachij, filius Ducis Dirrachij Ludovici, quem genuit Ioannes Princeps Moreæ, & Achaiæ, ac Dux itidem Dirrachij. Qui Ioannes erat frater Roberti Regis, ac ſimul S. Epiſcopi Ludovici. Itaque Carolus III. Rex, nuncupatus de Pace conſanguineus fuit eiuſdem Roberti in 3. gradu tanquam eius pronepos. Ladiſlaus Rex filius Caroli de Pace. Ioanna II. Regina eius ſoror. Ludovicus Valeſius I. Dux Andium adoptatus à Ioanna II. Erat Ludovicus filius Ioannis Regis Franciæ, nepos Philippi VI. abnepos VII. qui fuit S. Regis Ludovici pronepos. Ludovicus II. eius filius Rex, creatus à Clemente Antipapa. Renatus eius frater, iterum ab eadem Regina Ioanna adoptatus. Ab hac linea deſcenderunt Duces Calabriæ, & Lotharingiæ.

Vide in Iſabellæ ſtirpe, I. Philippi IV. Regis Hiſp. coniugis.

Series Regum Neapol. ex progenie S. Reg. Ludov.

Tandem aliam illucinationem deprendi in eodem M. S. autore, qui in 2. claſſe præcitata diſtinguit duas Annas, quas dicit Alberti Cæſaris filias; deinde intra textum ſub numeris 6. & 17. vna ſolummodo reperitur, ac ſolo nomine diſtincta, quatenus, vt dictum eſt, Ioannam quoque ſeipſam in quodam inſtrumento nuncupauerat.

Brevis Digreſſio.

DE REGIIS STIRPIBVS, QVÆ Regno noſtro Neapolis varijs dominatæ ſunt tempeſtatibus.

PRoprius locus rei propoſitæ ille eſſet, quò in ſequenti Gentilitio de Regno Neapolitano Auſtriacis Principibus iure connubiali hæreditario agendum erit. Quia tamen omnes ferè diverſarum progenie-

genierum tractationes ad rerum Auſtriacarum tam ex parte maſculorum, quam fæminarum vtrinque matrimonijs extantibus ſpectantes in hoc 2. continentur, ne amplius in eis calamum intrigemus, brevem hanc digreſſionem hic afferre curaui.

Gentes alienigenæ, quæ regia dignitate Neapolitanorum regionem, advenarum iugo aſſuetam, adminiſtrauere, ad ſex ſtirpes hucuſq; reducuntur. Nam vel fuerunt Normannicæ, vel Sueuicæ, vel Gallicæ, vel Andegauenſes adoptatæ, vel Aragonicæ, vel Hiſpanicæ. Priores ſerie genealogica hoc modo proponuntur.

GENEALOGIA I. REGVM Neapolitanorum ex linea Normannica per annos 88.

TANCREDVS Comes de Haulte Ville Normannus. Filij ſex. Drogona. Guilelmus Ferre braccius. Vnfredus, mox Bagelordus, poſtremus Godefredus. Sed ſtirpis propagator

ROBERTVS Guiſgardus, ſeu aſtutus.

Iſta, & ſequẽtes lineæ cũ ſymbolis ex Kiliano, VVolfgangi filio.

ROGERIVS Normñaus I. Rex Neapolis obijt 1149. in Sicilia ætatis 59. Mileti in Calabria ſepultus. Vxores 4. Ariolda Caſertana, Albira Hiſpana, Sybilla Burgundica, ex qua Arnulphus Salerni Princeps, ſed primum Rogerius Apuliæ Dux. Et Beatrix, mater *Gulielmi* Principis Tarenti, poſtea Rex malus, & *Conſtantia* antea monialis, mox Henrici VI. Imp. vxoris. Fratres eius Eria. Siuardus. Robertus. Bohemundus. Symbolum Ens nudatus erectus cum inſcriptione *Appulus & Calaber, Siculus mihi ſeruit, & Apher.*

GVLIELMVS Malus II. Rex Neapolis obijt 1167. Huius filij ex Margarita Garzia Navarrea. *Rogerius* Princeps Salerni, Rex Siciliæ, Henricus Princeps Capuæ. In ſummo templo Parormi eſt ſepultus.

GVLIELMVS Bonus III. Rex Neapolis obijt 1187. Parentis ſymbolum Leo erectus vnguibuſque incandeſcens ad pugnam cum inſcriptione *Fortunæ cedendum*: proprium vero crux erecta in cuius parte media longiori ad inferna prope pedem corona, ex qua ſtipes exit. Inſcriptio eſt. *Hoc ſigno tuta.* Deceſſit Panormi abſque hærede maſculo, à Ioanna coniuge Ricardi Angliæ Regis ſorore ea in vrbe in æde montis regalis tumulatus. Finita linea legitima Tancredi in Gulielmo hoc Bono, intrauit illegitima, ſtatimque terminata eſt, vt ſequitur.

TANCREDVS Spurius Rogerij, callidus cognomento Rex Neapolis IV. obijt 1195. Panormi in ſumma æde vna cum filio ſepultus. Vxor Sibilla, maſculi Rogerius ante patrem mortuus. Gulielmus caſtratus ex mandato Henrici VI. Imp. Fæminæ Alteria, Conſtantia, Modonia, quas cum matre captas & in Germaniam miſſas, Philippus deinde

Digitized by Google

de Imp. frater maritusq; Irenes libertati reſtituit. Filię, Modonia & Alteria captiuæ in Germaniam. Symbolum brachium armatum enſe adverſus Aquilam cum inſcript. *Donec potero.* Atque hic maſculinæ Normannorum lineæ finis fuit, cum annis 88. regno præfuiſſent.

GENEALOGIA II. REGVM *Neapolitanorum ex linea Sueuica.*

HENRICVS VI. Imp. Prudens & V. Rex Neapolis obijt 1200. Symbolum eius Caducæum coronatum è duobus manibus ad invicem complexis & ipſum quoq; ab eis complexum. Inſcriptio, *Fide, & Conſilio.* Vxor Conſtantia, ſepultura mons realis Panormi.

FRIDERICVS II. Imp. ſtrenuus & VI. Rex Neapolitanus. Eius Symbolum ventus vehemens adverſus montem cũ inſcripſione. *Haud cedendum.* Obijt 1250. ſepultus Monte regali Panormi. Vxores VI. ex I. Henricus Rex Romanorum, & Iordanus. Ex 2. Ioele Conradus Cæſar. Ex 3. nihil liberorum. Ex 4. Fridericus infans extinctus. Ex 5. Agnes Conrado Thuringię Principe deſponſa. Ex 6. Methilde filia Ioannis Angliæ Regis *Henricus* aliquandiu Siciliæ Rex, & Conſtantia coniux Ludovici Haſſiæ Principis. Concubina denique Blanca Aquilana, ex qua Fridericus, *Manfredus* Princeps Tarenti, qui poſtea Neapolim occupavit, *Hencius* Sardiniæ Rex, Fridericus Antiochiæ Princeps, & Anna.

CONRADVS IV. Imp. crudelis & VII. Rex Neapolit. obijt 1255 Symbolum, brachium duobus gladijs armatũ cũ Inſcript. *Mihi vindicta.* Sepultura in primaria æde, vxor filia Othonis Boiorum Duci ex qua hæres Conradinus decollatus Neapoli ſub Carolo I.

MANFREDVS Spurius Cæſaris Frider. II. Rex Neapolis VIII. Eius Symbol. *Miles lauro coronatus, enſe*, & ſcuto in ſolares radios digladians cum inſcript. *Audentior ito.* Obijt 1265. Filij ex coniuge Helena Godefredus mortuus ante patrem, vti et Henricus. Manfredinus interfectus mandato Caroli 1. *Conſtantia* vxor Petri Regis Aragonij.

GENEALOGIA III. REGVM *Neapol. ex linea Gallica.*

CAROLVS Andegau. cognomento Sanguinarius Rex Neapolis IX. frater S. Regis Ludovici obijt 1285. Eius Symbolum manus inverſa exhibens è nube vnum ex lilijs Franciæ cum inſcript. *Noxias herbas.* Filij ex Beatrice, Raimundi Provinciæ comitis filia Philippus Princeps Achaiæ obijt ante patrem. Tumba Archiepiſcopalis ædes ab ipſo conſtructa.

Digitized by Google

CAROLVS Claudus Rex Neapolis X. obijt 1309. Symbolum ſecuris inter duas coronas regias cum inſcript. *Hoc fato.* Proles maſculæ ſex, *Carolus Martellus* Rex Vngar. *S. Ludou.* Epiſc. Toloſæ· *Robertus* Rex. *Philippus* Tarētinus, *Ioannes* Achaiæ & Dyrrachij, *Triſtanus* Salerni Princeps. Fæminæ tres, *Clementia* vxor Caroli fratris Philippi Regis Galliæ. *Maria Blanca* coniux Iacobi Aragonij Regis Maioricæ, & *Beatrix* Ducisſa Ferrariæ. Spurij Galeatius, Renatus, & Carolus Attrebatenſis.

ROBERTVS Rex Neapolis XI. cognomento Pius. Eius Symbolum imagines Pietatis, & Fidei, coronam regiam geſtantium cum inſcript. *Fide, & Pietate.*

CAROLVS abſque ditione obijt ante patrem: filij 4. Maria obijt à iuuentute. Maria Princeps Tarenti. Carolus Martellus ante patrem extinctus. IOANNA Andegavenſis Regina XII. Neapolis laqueo ſuffocata 1382. Eius ſymbolum duæ coronæ, vna ſupra nubes, altera ſuper terram cum inſcript. *Quid maius.* Eius cognomentum *Infortunata*. Hac linea reciſa, ſucceſſit eadem ſtirps Caroli I. per nepotem Ludouici Ducis Dyrrachij commemorati, cui filius, & etiam Rex 5. ex ſua familia

CAROLVS Dyrrachienſis rex Neapolis XIII. & Hungariæ. Eius Symbolum Elephantis caput cum inſcript. *Victoriæ ducatum* Obijt 1358 Fratres Maria Spuria obijt ante patrem. Carolus Princeps Capuæ Spurius. Filij duo

LADISLAVS, ſeu Lancelotus cognomine ſuperbus rex Neapolis XIV. cuius ſymbolum idem cum illo ſui parentis. Ioanna II. Dyrrachina Inconſtans regina Neapolis XV. adoptauit Renatum Andegau. Eius ſymbolum duæ lances quarum dextra ſiniſtræ aliquantò præponderat, quibus è medio gladius, & plancta quædam tranſverſantur in modum crucis cum inſcript. *Iuſtitia tantum.* Obijt ille 1414. hæc verò 1435.

GENEALOGIA IV. REGVM Neapolitan. ex linea Ducum Andeg. adoptatorum.

IOANNES Rex Galliarum 1350. filius Philippi Comitis de Valois regis. Nepos Caroli ſine terra comitis de Valois. Pronepos Philippi Audacis reg. Abnepos S. Regis Ludouici IX. Eius filius

LVDOVICVS Dux Andagau. adoptatus à regina Ioanna 1. Obijt 1381. rex Neapolis.

LVDOVICVS II. Dux Andag. rex Neapolis cœptum paternum perſecutus eſt Neapoli ab anno 1414. Eius fratres, *Carolus V.* Rex Galliarum. Ioannes Dux Bituricus. Philippus Audax Dux Burgundiæ.

Caro-

Digitized by Google

Carolus comes Maynius eius filius, item Ludovicus III. Dux Andegau. Rex Neapolis adoptatus à Regina Ioanna II. obijt 1433. Eius frater, ac alius Ludovici II. prædicti genitus

RENATVS Andegav. & Lotharing. Rex Neapolis XVI. expulſus à Rege Alphonſo: mortuus 1487. Eius cognomen Afflictus. Symbolum imago Bovis cum inſcript. Gallica *Pas à pas* Fratres etiam Renati præter Ludovicum Regem, Maria vxor Caroli VII. regis Franciæ, & *Carolus.* Filij, *Margarita* regina Angliæ. Ludovicus Marchio Pontmoſſon obijt ante patrem. Iolanda vxor Ferrerij Comitis Vaudemont. Ioannes Dux Calabriæ ante patrem extinctus.

GENEALOGIA V. REGVM Neapol. ex linea Aragonica.

ALPHONSVS Aragonius Magnanimus Siciliæ & Neapolis Rex XIII. Obijt 1458. Eius ſymbolũ codex Biblicus apertus cum inſcript. Gallica *Studosae.* Vxor Maria Henrici III. Caſtiliæ regis filia ἄπαις.

FERDINANDVS filius nothus rex Neap. XVIII. (ex teſtamento patris, qui eum proprio marte acquiſierat) cognomento Pulcher. Obijt 1494. Eius ſymbolum animal, quod vocant Armellinum cum inſcript. *Malo mori, quam fœdari.* Vxor 1. Iſabella Claramontana, ex qua Alphõſus Calabriæ Dux, qui patri in Regno ſucceſſit. *Fridericus* Princeps Sſquillacij qui poſt Ferdinandum iuniorem Rex fuit. Ioannes Cardinalis. Franciſcus Dux S. Angeli, Eleonora Duciſſa Ferrariæ, & *Beatrix* regina Hungariæ. Vxor 2. Ioanna Aragonia, mater *Ioannæ* Ferdinandi II. Regis coniugis. Liberi è concubinis, Cæſar Caſertæ Comes, Fridericus Hieracij Marchio. Ferdinandus Arenæ, & Stili Comes, Montalti Dominus, Maria vxor primo Iordanis Vrſini, deinde Antonij Picolhominei Pij II nepotis, & Lucretia initio vxor Principis Altanovani, mox Horatij Caietani Comitis Traiectenſis.

ALPHONSVS II. Strabo rex Neapolis XIX. Obijt 1495. Vxor Hippolita Sfortia. Filij Alphonſus, in cunis mortuus, Ferdinandus Regni ſucceſſor, & Iſabella vxor Ioannis Galeatij Ducis Mediolani. Nothi autem Sigiſmundus Princeps Biſceglij, Alphonſus Marchio Quaratæ, & Sancia Geofredi Sfortiæ vxor. Symbolum ſaggittarum faſciculus cum inſcript. Hiſpanica. *Non ſon tales à chellas d'amor.*

FERDINANDVS II. Prõptus rex Neapolis XX. Obijt 1496. Symb. Currus triumphalis cum inſcript. *Victor & triumphat.* Vxor Ioaña, aui Ferdinandi filia, Ferdinandi Catholici ex ſorore neptis: Sed nullis ſuſceptis liberis, ſucceſſit *Fridericus II.* patruus Rex XXI. Exul cognomento. obijt 1496. Symbolum liber clauſus in flammis proiectus, ſuper quas

eminet corona regia cum inſcriptione. *Recedant vetera.* Ita Reges intra triennium quinque Neapolis habuit.

GENEALOGIA VI. ET VLTIMA Regum Neapolitanorum ex linea Hiſpanica.

FERDINANDVS III. Catholicus Aragonius &c. Rex Neapolis XXII. obijt 1516. Vxor Iſabella Caſtellana &c. Symbolum baſis quædam in qua panis circularis parvus (vocatur Italicè *Ciambella*) interciſus, e cuius foramine ſuperno nudati gladij acumen exit, ſupre vtriuſque corona eſt; inſcriptio Italica *Tanto monta.*

JOANNA Vxor Philippi I. Auſtriaci obijt ante patrem. Rex Neapolis XXIII.

CAROLVS V. Imp. Rex Neapolis XXIV. obijt 1558.

PHILIPPVS II. Rex Neapolis XXV. obijt 1598.

PHILIPPVS III. Rex Neapolis XXVI. obijt 1621.

PHILIPPVS IV. Rex Neapolis XXVII. adhuc viuit.

Jtaque collapſa Romanorum potentia Neapolitanum Regnum diverſis temporibus diuerſæ nationes tenuere. Sed ante prædictas gentes, per quas vti & in ſequentes ſtirpes illud ſæpè decantandum,

Verſet & humanas diuina potentia ſortes,
Et varias rerum diſce ſtupere vires.

Normanni à quo, quare, & quando in Italiâ vocati. Tancredus.

Græci, Gothi, Longobardi, & Saraceni. Græci ſubmotis æmulis vniverſo Regno vſque ad Normannorum in Italiam adventum potiti ſunt. Normanni à Sergio IV. Pont. Max. vocati ad expellendos è Sicilia, qua tum potiebantur, Saracenos anno 1007. Duce *Guilelmo* Ferrabraccio *Tancredi* Altauillani Comitis, Romandiolę, & Hetruriæ parti dominantis filio, in Siciliam delati, & Maniaco Græcorum exercitus præfecto coniuncti; Saracenos Inſula expulerunt. Ferrabraccius, deuicto Maniaco, cum quo ad manus venit, orta inter Duces vtrinq; diſcordia de diuidenda præda Guilielmus Ferrabraccius 1. Comes Apuliæ ex Normannis Apuliam totam occupauit, eiuſque Comitem dici voluit. Huic defuncto ſine prole 1013. ſucceſſit *Drogo* frater, cui obienti 1028. etiã frater *Vnfredus*, ob crudelitatem à populo interfectus. Hunc Gottifredus frater 4 Apuliæ comes excepit, duabus contra Græcos pugnis adeò felix, vt totam illis propè Calabriam eriperet.

Guiſgardus I. Dux Apuliæ, & Calabriæ à Nicolao II. creatus.

Anno deinde 1032. moriens hæredem filium *Bagelardum* reliquit. Is quinque tantum menſium, & vndecim dierum comes à patruo Roberto Guiſcardo pulſus, *Guisgardus* omnium primus beneficiarium ſe & clientem Romanæ Eccleſiæ profeſſus eſt, cum eum Nicolaus II. Pontifex Max. Apuliæ & Calabriæ Ducem creaſſet. Græcos & Sarace-

nos

nos Capuam obſidentes cecidit. Mauros Siciliæ montanis incluſit, omnes cis Dyrrachina iuga populos, Macedoniæ etiam, & Epiri partem dicto audientes fecit, Alexium Byzantinum Imperatorem fugere coegit. Corcyræ tandem è viuis exceſſit. E trium vxorum prima Albeneda Capuana duos genuit filios, Robertum in pueritia mortuum, & Boemundum: totidem ex altera Sigelaica Salernitana Rogerium, & Siuardum, filiamque Eriam. Tertiam duxit Iſabellam Cypri Regis filiam. Defuncto Roberto, & Bohemundo in Græcia gerendis bellis occupato, minor natu Bohemundi frater Rogerius vtriuſque Principatum Apuliæ & Calabriæ ſui iuris fecit. Quod cùm Vrbanus II. Pontifex ratum habuiſſet, irritatus Bohemundus, bellum perſequi fratrem coactus eſt. Durante bello, cùm Bohemundus multos Galliæ, Italiæ, Germaniæ, & aliarum gentium Proceres per Apuliam, vt Syriam recuperarent, ire cerneret, coniungens ſe illis, vnà in eam contendit, pacata rerum omnium poſſeſſione, Rogerio fratri relicta. Is duobus annis, menſibus quatuor, viginti diebus Ducem egit, & Adelam Roberti Friſij Flandriæ Comitis filiam matrimonio habuit, ex ea Guilelmum, Malgerium, Goefredum filios tulit. Gulielmus à patris morte Principatum vtrumque obtinuit, Gelaſio Pont. Max. ad ann. 1118. illi iura, quæ priores Duces habuerant omnia conferente. Cæterum dum Conſtantinopolim Guilelmus peteret, promiſſam ſibi Comneni Imper. filiam ducturus, populis ſuis Calixto Pontifici interim commendatis, neque de fide Rogerij Siciliæ Comitis (cui Rogerius Boſſius pater, Robertus Guiſcardus, ſeu Aſtutus frater fuerat) ſiniſtri aliquid facilè ſuſpicaretur: Rogerius ſpretis Pontificis viribus, ſuam in poteſtatem Calabros, & Appulos redegit: Guilelmus à Græco etiam Cæſare deceptus, cum Salernitano Principe propinquo ſuo aufugiens, vbi 17. omninò annis, 7. menſibus rerum potitus erat, improlis obijt. Hactenus de Normannis in Regno Neopolitano. Hæc & etiam præſcriptas genealogias mutuaui ex eiconologia Dominici Cuſtodis, Antuerpiani Chalcographi, ac deinde Ciuis Auguſtani: auctore B. G. In multis quoque in præſenti opere vſus ſum Kiliani dilucidatore, qui vt teſtatur ad finem ep. dedicatoriæ ad Cæſar. Ferd. II. omnia deprompſit ex Ioanne Cuſpiniano, Wolfgango Lazio, Franciſco Guilemanno, Gerardo de Roo, Theodorico Pieſpordio, aliiſque, ab Elia Ehingero, Gymnaſij Auguſtani profeſſore, & Bibliothecario adductis.

Vxores & liberi Guiſcardi.

patruus

O Sectio

Sectio III.

DE FILIARVM FRIDERICI III. Pulchri Imp. Alberti II. Othonis Spetioſi, & Audacis, & Leopoldi I. matrimonijs.

MATRIMONIVM VI.
triplex ratum, ſed non conſummatum.

Sereniſſima Anna Auſtriaca, Friderici III. Pulchri Imp. filia nupſit primò Regi Poloniæ, deinde Ludovico Romano, ita dicto quia Romæ ortus eſt, Ludovici IV. Cæſaris filio, poſt cuius interitum Ioannem Comitem Goritiæ maritum accepit.

Vide ſuper. fol. 167.

Gans fol. 3. de liberis Frid. 3

SIc ſcripſimus ſuperius in Friderico III. Pulchro, vbi iſtud matrimonium tetigimus. Gans duos tantum coniuges Annæ huic attribuit, inquitque de ea, vt in 1. Gent. etiam attulimus. Anna (hæc non 1. ſed 2. apud ipſum) duobus ante nuptias orbata ſpõſis, Ludovico Romano (hunc tantum nominat Bucelinus) & Ioanne Henrico Comite Goricenſi, conſtructo Viennæ è propria dote in honorem D. Claræ Cœnobio, id primò omnium cum 62. nobilibus Virginibus ingreſſa, anno 1334. Kal. Ianuarij diu auſteram vitam egit, & tandem cum magna integritatis fama à mundo migrauit. Auctor M. S. meminit tantum in 2. tomo poſtremi Annæ ſponſi, ac eius ſtirpis hoc modo.

IOANNIS HENRICI COMITIS Goricenſis eius familiæ hæc eſt ſeries.

M. S. tom. 2. ſub. num. 19.

Vide etiam in matrim. Alb. I. Imper.

ALBERTVS Palatinus Carinthiæ, & Goritiæ Comes, hunc comitatum in diviſione cum fratre facta 1272. accepit. Bellum cum Venetis geſſit auxilio Patriarchæ Aquilegienſis. Vxor Offina Hartmanni Artenburgenſis Comitis filia, ex qua nati ſunt. *Meinardus* Goritiæ Comes, & Carinthiæ Palatinus auxilio Ludovici Vngariæ Regis, & Patriarchę Aquilegienſis bellũ cũ Venetis cõtinuauit. Vnde obęratus fuit Auſtriacis, & tandem ex mærore diem ſuum clauſit extremum.

Henri-

Digitized by Google

Henricus III. Tarviſienſis Vicarius conſtitutus ab Imperio 1346. Contra Ludovicum Brandeburgenſem bello decertauit pro Comitatu Tyrolenſi. Vxor Beatrix filia Stephani Palatini Schyrenſis mortua 1340. Ex qua Ioannes, vel ut alij Fridericus.

ALBERTVS IV. tertionatus Alberti, Comes Gorleenſis, & Tyrolenſis, qui aliquot prædia Iſtriæ etiam poſſedit. Contracto verò ære alieno, multas ditiones Auſtriacis creditoribus ſuis relinquere coactus eſt. Eius filius

JOANNES HENRICVS Goritiæ comes cum Hermanno Cilienſi bello decertauit, & ære alieno contracto multa Epiſcopo Salzburgenſi vendidit 1380. Vxor Anna filia Friderici Pulchri Regis Romani & Ducis Auſtriæ ex Iſabella Regina Aragoniæ. Manlius nonniſi cuidam Poloniæ Regi coniugem facit Annam, nulla facta mentione, neque de alijs ſponſis duobus, neq; de eius ſorore Eliſabetha. Manl. fol. 47.

MATRIMONIVM VII.

etiam ratum tantum.

Sereniſſima Eliſabetha Auſtriaca, prædictæ Annæ ſoror, Sponſa fuit Ioannis Bohemiæ Regis, ſed antequam fæminam ageret mortua.

ET hoc etiam matrimonium loco nuper citato indigitauimus. Gans, apud quem prima eſt Eliſabetha, quemadmodum & apud Bucelinum, ait alio modo contra Cuſpinianum. Genuit, inquit, Fridericus Pulcher Eliſabetham deſponſatam Cæſari Carolo IV. obijtque 1334. quanquam Cuſpinianus deſponſatam dicat Ioanni Luzenburgico Cæſaris dicti Patri. Ibidem f. 167.

Qui verò binas conſortes Friderico Pulchro attribuunt, quam ſententiam vt improbabilem cum Guillimano recitauimus, aſſerunt itidem ex 2. præter filios in infantia extinctos procreaſſe parentem Eliſabetham alteram, cuius coniugio apud M. S. auctorem tom. 2. eſt huiuſmodi. Loco cit. in Frid. III.

MATRIMONIVM VIII.

Sereniſſima Eliſabetha Auſtriaca, filia altera ex 2. Friderici Cæſaris Pulchri coniuge, Guntheri vxor fuit, comitis à Schvvarzenburg electi Cæſaris, cuius familiæ hic eſt ordo.

De Guntheri electione, coronatione, & obitu.

HENRICVS Comes Schvvarzenburgicus, Guntheri filius extinctus eſt Erfordiæ in loco fætido anno 1313. Eius filij *Guntherus* comes Schvvarzenburgicus, maritus Magdalenæ Baroniſſæ Plauenſis, pårenſque Agnetis, Bernardo Comiti Reinſteinio nuptæ. *Gerardus* Epiſcopus Herbipolenſis, Dux Franconiæ, bellator ſtrenuus obijt 1403 Et ante *Henricum* Comitem Scbvvarzenburgicum ſtemmatiſq; illorum Comitum in Thuringia propaginem. *Guntherus* Comes Schvvarzenburgicus, qui Ludovico Boio ab altera Electorum parte in Imperio ſuffectus eſt: etſi prius aſſentiri omninò noluit, certis tamen poſtea conditionibus Aquisgrani ſumpſit coronam à Moguntino. Acceſſit autem armatus Francofurtum, Carolum IV. æmulum ibi præſtolatus, quo litem bello decerneret. Vbi à Medico pecunia corrupto veneno potionatus, extremè enervatus: pace cum Carolo facta, ſexto ab electione menſe victus vi morbi, naturæ conceſſit Kalendis Auguſti 1349. ætatis ſuæ 44. ſepultus regio apparatu, regioque monumento Francofurti in æde B. Bartholomæi.

MATRIMONIVM IX.

perperam ex alijs duplex.

Sereniſſima Margarita Auſtriaca, Alberti II.

Sapientis filia, nupſit Mainrado Marchioni Brandeburgenſi, Bavariæ Duci, Comiti Tyrolis, qui brevi deſijt ἄπαις.

Vide ibi fol. 185.

Datus etiam in 1. Gentil.

IAm tradidimus in matrimonio Alberti Sapientis ex Guillimanno fœdum illorum errorem, qui Margaritam hanc Ioanni Marchioni Morauiæ, qui ſocrum Margaritam pro coniuge habuerat, & ab ea pulſus erat, ſecundis nuptijs traditam ſcribunt. Ibidemque eundem ſcriptorem ſecuti maritum haud Othonem cum alijs, ſed Mainradum dictum eſſe protulimus. Gans ait de hoc matrimonio. Margarita vxor fuit Othonis Marchionis Brandeburgenſis, filij Ludovici IV. Imperatoris, vt Henn. pag. 201. & vt idem vidua Meinhardi ex fratre huius Othonis & Maultaſchina nati. Otho 1397. mortuus, Meinhardus verò 1364. Auctor M. S. tom. 2. ſub. n. 21. diſcordat cũ auctore 1. nam ait, Margarita Alberti 2. filia nupſit Othoni filio Ludovici IV. anticæſaris. Et de marito hæc affert. Otho Marchio Brand. Elector vendidit Carolo IV. Imp. Marchionatum Brandeb. 200000. aureis Vngaris anno 1373. & accepta ditione exigua in confinibus Bohemiæ in oppido Soldenthal pecuniam acceptam ab Imp. prodegit, captus amore Gretulę, quæ cuiuſdã piſtoris vxor fuit, vnde Fiñius, id eſt ignauus dictus eſt; & mola aquaria caſtello ſubdita Gretularia nuncupatur. Obijt 1379. Sepultus in cœnobio

nobio Selingthal. Jtaque neque Henn. concordaret alijs in 2. Margaritæ coniuge, vt patet. Idem Guillimanus ibidem nonniſi duas filias tribuit Alberto Sapienti, nimirum Catharinam monialem ex Clariſſis, & Margaritam hanc, de qua ſcribimus. Alij verò duas habuiſſe nubiles, ac tertiam fuiſſe Catharinam tradunt. Sunt, Catharina præfata, & Agnes, ita Gans, Buccelinus adſtipulatur, ſed priorem poſteriorem facit, & è conuerſo. Coniugium alterius eſt huiuſmodi. In lib. Alb. II.

MATRIMONIVM X.

Sereniſſima Agnes Auſtriaca præfatæ Margaritæ ſoror (ſi vera eſt aliorum opinio) nupſit Henrico II. Duci Iaurenſi.

Guill. hoc matrim. non probatur.

MATRIMONIVM XI. ratum tantum.

Sereniſſima Eliſabetha Auſtriaca, filia Othonis cognomento Formoſi, & Audacis ſponſa fuit Eduardi Angliæ Regis.

BVcelinus recitat hoc matrimonium, quod etiam tactum eſt in Othonis coniugio parte 3. Vnde autem ipſum emerſerit, Gans prodit fol. 5. inquit enim, Henninges Eliſabethæ primæ Othonis vxori filiam adſcribit cognominem, Eduardo Regi Angliæ deſponſatam 1326. ſed ante diem, nuptijs dictum, ſponſus obijt 1344. Guillimanno iſta ſponſalia minimè probantur, cum nonniſi duos tantum maſculos Othoni concedat. Gans alibi datus. Vide ſupra fol. 190

MATRIMONIVM XII. Duplex ſecundum alios.

Sereniſſima Catharina Auſtriaca, Leopoldi I. filia Enguerrano, Domino à Cuſſin, vel Concy Gallo Thalaſſiarchæ nupſit.

IN matrimonio Leopoldi Glorioſi actum de filiabus, quas Roo lib. 3. ad ann. 1326. pag. 97. genitas eſſe ex Margarita Sabauda ſcribit, & de earũ maritis. Roo ipſe, & Guilliman. citati ſimplex faciunt præ- Vide ibi fol. 171.

 ſens

Digitized by Google

ſens matrimonium. Henning. cui adſtipulatur poſtremò Buccelinus duplex. Nam præter dictum Dominum, ſeu Baronem de Kuſſin, attribuũt etiam Catharinæ alium virum, & Henricum IV. Ferreum Ducem Saganenſem nuncupant. Vide ſuperius loco cit. ſect. 3. fol. 172. Præter nomen, quod alij hiſtorici minimè reperiere, affert etiam Guillim. breuem hanc poſteritatem. CATHARINA vxor Enguerrani Domini Cuſſij Galliæ Thalaſſiarchi. Filius *Enguerranus* comes Soiſſonius pro materna dote bellum geſſit contra Auſtriacos tempore Caroli IV. Cæſaris. Eius filia N. vxor Ioannis Comitis Niverſi. Hæc ille. Vnde apparet, matrimonium iſtud in priori claſſe collocari debere.

Bucel. loco citato.

MATRIMONIVM XIII.

Duplex opinatiuè.

Sereniſſima Agnes Auſtriaca, ſoror præfatæ Catharinæ, vxor fuit Boleslai Ducis Suidnicenſis ultimi.

ISTud quoque coniugium in eadem ſectione 3. nuper citata indigitauimus. Et ſicut Roo, e Guill. citati hoc quoque, vti & antecedens ſimplex faciunt, ita nonnulli duplex dicunt, contra commemoratum. Opinantur enim Agnetem Principis Groſſæ in Sileſia primam cõiugem, deinde hoc mortuo Baronis Conchiaci in Francia, ita Gans, ibidem adductus. Roo de præſenti coniugio ſub annum 1326. minor Agnes, ait, Boleſlao Duci Suidnizio, & Iaurenſi in Sileſia nupſit, quæ cũ maritum anno 68. amiſiſſet, ducatui vſque ad nonageſimum ſecundum annum, quo obijt, vidua cum laude præfuit. Hæc ille. Hic velim aduertat lector, hanc ſupputationem Roo à Gans etiam adductam typographus meus ſuperius fol. citato 172. deturpaſſe, nam per transpoſitionem, quam in correptione ipſe non aduerti, pro 1392. poſuit 1329.

Loco cit. — Obitus Agnetis 1392. — Nota.

BOLESLAI DVCIS SVIDNICENSIS, atque Agnetis Auſtriacæ coniugis hæc eſt Proſapia.

BOLESLAVS I. vel Bulco Dux Suidnicenſis bellicoſus, vafer, & pecuniæ cupidus. Cum frater Henricus contra Conradum Glogauienſem exercitum duceret, & vterque eius amicitiam expeteret, auxilij adipiſcendi ab ipſo, ſpe vtrumque callidè fefellit. Inſuper poſt aliqua alia huiuſmodi facinora, quæ breuitatis gratia hic derelinquentur, quæque vt plurimum tribus ſuis ſupradictis cognomentis valde

M. S. tom. 2. num. 18.

Digitized by Google

dè reſponderũt, deceſſit 1301. ſepultus in Cœnobio Griſſenſi, quod fundauit. Vxor Beatrix. Filij 4. quorum poſtremi *Henricus* Dux Iaurenſis, qui ex Agneta filia Wenceſlai Regis Bohemiæ nullos ſuſcepit liberos, obijtque 1346. *Boleslaus*, vel Bulco Dux Monſterbergenſis, Princepsque propter ingenuam, nobilemque liberalitatem Carolo IV. Imp. cariſſimus fuit. Poſtremò mortem ſibi vicinam præſagiens, pia ſuorum peccatorum confeſſione, & viuifica conſolatione edita, lætus ex hac vita in cœleſtem migrauit patriam 1342. Ex coniuge Gutha protulit Nicolaum, Paruum dictum, Ducemque Monſterbergium, qui Francoſteinia Carolo IV. Imp. vendita, viaticum adeptus, Paleſtinam ingreſſus eſt, vnde reverſus in Pannonia mortem cum vita mutauit 1369. Vxor Agnes obijt 1253. *Constantia* vxor Ioannis Glogouienſis, & Stenauienſis.

BERNARDVS ſolus immunis fuit à iugo Bohemico Dux Suidnicenſis, quod Vladislai Loctici Rex Poloniæ filiam Margaritam vxorem duxerat. Obijt 1327. Filij duo, ſecundo natus *Henricus II.* Dux Iaurenſis, & Furſtenbergenſis, Laubenſis in Luſatia, Zittauienſis, & Gorlicenſis, fundator Laubani cœnobij ad D. Mariam Magdalenam. Obijt 1345. Genuit *Annam* Caroli IV. Imp. & Regis Bohemiæ vxorem, cum qua dotis loco accepit Ducatus Suidnicenſem, & Iaurenſem, vt inter ipſum, & Bulconem patruum huius convenerat. Mortua ex doloribus partus 1362. Sed primonatus Bernardi

BOLESLAVS, vel Bulco Dux Suidnicenſis vltimus, & poſt fratris mortem Iaurenſis, & Furſtenbergenſis. Deceſſit anno 1368. Griſſæ ſepultus ἄπαις. Vxor Agnes filia Leopoldi Glorioſi Landgrauij Alſatię, quæ poſt mortem mariti ducatum vtrumque vſque ad annum 1392. retinuit.

Sectio IV. & vltima.

DE MATRIMONIIS FILIARVM Leopoldi II. Arch. Alberti II. ac Maximiliani I. Imper. Philippi I. Regis Hiſpan. Ferdinandi I. & Maximil. II. Cæſarum, Philippi Regis II. Catholici, Ferdinandi II. & Caroli III. Archiducum, ac poſtremo Ferdinandi II. Imper.

ADmonuimus iam lectorem noſtrum in excurſu 5. ſub matrimonio 4. ex Guill. Leopoldum II. ſtemmatis propagatorem, qui in bello Sempachiano occubuit, præter 4. maſculos edidiſſe quoque Vide fol. 108. & ſeq.

Catharinam Monialam D. Claræ, & Eliſabetham Henrico Goritiæ ſponſa 1382. & impubes impuberi ante nuptias extinctam. Quia verò alij citra has tribuunt etiam ipſi aliam, nonnulli etiam & 3. & omnes nuptas, vt demonſtratum eſt in 1. Gent. eo modo, & ordine hic ſeorſim tres afferam, quo Gans, ibidem adductus reſcribit. Bucelinus quoque haſce tres vxores adducit, ſed in priori, quam Agnetem nominat, collocatamque aſſerit Boleſlao vltimo Suidnicenſi in Sileſia Duci, de quo dictũ eſt, apertè decipitur. Aliæ duæ apud ipſum Eliſabetha, deſponſata Comiti Goricenſi, ſed ante nuptias deceſſit, & Catharina Conrado Burggravio Magdeburg. elocata. Subijciamus ergo Gans ſeriem, quam melioribus iudicijs diſcutiendam relinquo.

Fol. 169.

MATRIMONIVM XV.

Sereniſſima Margarita Auſtriaca, Leopoldi II. Arch. filia, nupſit primum Meinhardo Duci Bavariæ, eoque mortuo, mox Ioanni Moraviæ Marchioni, filio Cæſaris Caroli IV.

HOc duplex matrimonium recitat Auctor M. S. ſub num. 23. tribuens eum non Margaritæ huic, ſed ſorori Eliſabethæ, de qua immediatè. Inquit enim. Eliſabetha filia Leopoldi 2. ſponſa primum Meinradi, vel Henrici Goricenſis, poſtea vxor Ioannis Moraviæ Comitis, Caroli IV. Imp. filij, quem ex Eliſabetha Pomerana ſuſcepit. Hæc ille, qui ſtatim ſubdit, loquens de marito. Ioannes Marchio Moraviæ, Luſatiæ, & Gorſiliæ, VVenceslaum Imp. fratrem ſuum è carcere liberauit. Vxor 2. Eliſabetha Auſtriaca, ex qua Eliſabetha altera, nupta Antonio Duci Brabantiæ, & Luzelburgenſi Comiti, ſecundis nuptijs collocata fuit Ioanni Comiti Holandiæ, & Selandiæ.

Hic Henricꝰ maritus ſororis vt patebit.

MATRIMONIVM XVI.

Sereniſſima Eliſabetha Auſtriaca, præfatæ Margaritæ ſoror, vxor fuit Henrici Comitis Goricenſis.

MATRI-

Digitized by Google

MATRIMONIVM XVII.

Sereniſſima Catharina Auſtriaca, poſtrema Leopoldi II. Probi filia coniux fuit Conradi Burggravij Magdeburgici, qui & Comes erat Harticenſis in Auſtria.

MATRIMONIVM XVIII.

Sereniſſima Anna Auſtriaca, Cæſaris Arberti II. filia nupſit Gulielmo III. Saxoniæ Duci.

PRogeniē Gulielmi incepimus à Friderico Strenuo Marchione Miſniæ, & Landgravio Thuringiæ patreque Friderici Bellicoſi, & Gulielmi II. Diuitis, Auo Friderici II. Placidi ex Primogenito, nec non & Gulielmi III. Ducis Saxoniæ, Landgravij Thuringiæ, Principiſq; laudabilis, qui obijt 1482. mariti demum Annæ Auſtriacæ. Eamque ſcripſimus non ex M. S. num. 26 ſed ex Gans in matrimonio Methildis Habsburgicę, Rudolphi I. Imperatoris filiæ. Vide in claſſe antecedenti.

MATRIMONIVM XIX.
Triplex.

Sereniſſima Margarita IV. Auſtriaca, Imperatoris Maximiliani I. filia, ſponſa prius Caroli Delphini Franciæ, mox vero Ioannis Ferdinandi Regis Catholici filij. Poſtremò Philiberti Sabaudiæ Ducis coniux.

NAta Margarita Bruxellæ 10. Ianuarij 1480. vel vt Gans 1479. Deſponſata anno 1483 fert Kilianus, cui adſtipulans auctor M.S. inquit in Maxim. I. lib. 22. citato. Primo fuit Carolo Delphino Ludovici XI filio promiſſa, ſponſaliaque celebrata ſunt magna celebritate Amboiſiæ 1483. cum tertium ætatis annum non dum impleſſet. Pacifica deinde ab Ludovico Rege dicta, quia eo connubio pax inter Gallos, & Belgas reſtituta. Cum eam anno 1493. rapta Britanna, repudiaſſet, Ex Kiliano in eicone Maxim. I. M.S. lib. 22. Manl fol. 68. Gās in Max. I.

ſet, collocata eſt Ioanni Hiſpaniæ Principi, Ferdinandi Catholici, & Iſabellæ Inclytæ filio 1497. quo, eodem anno exeunte, mortuo, cum partum femellæ animi ex eius obitu dolore intolerabili immaturum ſolviſſet, poſtremò cum in Belgium rediiſſet, Philiberto Sabaudiæ Duci nupſit 1501. quo pariter properata morte poſt quadriennium extincto, integra ipſa, & florente ætate, ne vltra duodetrigeſimum annum progreſſa, viduam vitam reliquam cum agere conſtituiſſet, violentia fortunæ inſigni fortitudine ſuperata, cuius inconſtantiam, vſurpato ſibi Veriverbio, *Fortune infortune fortune*, poſteris teſtari voluit. Poſtremo cum etiam haud multo poſt fratrem vnicum amiſiſſet, Belgio annos tres & viginti Caroli Hiſpaniæ Regis, & poſtea Imperatoris ex eodem fratre nepotis nomine præfuit ſingulari cum laude & felicitate: Mechliniæq; aulam habuit, vbi & defuncta eſt 1530. pridie Cal. Decemb. hora vna & media poſt medium noctis ætatis 52. *Corpus* Brugis Sebuſianis monaſterio à ſe condito propè maritū 3. *Cor* Brugis apud matrem, *Interiora* Mechliniæ, cuius vſum fructum ab Carolo habebat, tumulata, illud amoris officio marito, hoc ſanguinis, & naturæ neceſſitati parenti, at iſta benevolentiæ vinculis patriæ debebantur. Succeſſit ipſi in Belgij gubernio Maria I. Auſtriaca neptis. De Regibus Franciæ, Caſtiliæ, & Aragoniæ, ac de Sabaudiæ Ducibus quantum ad eorum ſtirpem ſufficienter ſuperius ſcripſimus. Quod autem ſpectat ad Philibertum, vltimum Margaritæ coniugem, hæc indagaui ex M. S. num. 43.

Amedeus — Vxor Maria Philippi Audacis Burgund. Ducis filia

|

Ludovicus — Vxor Anna Iani Regis Cypri, & Helenæ Brunſuic. (filia

|

Philippus Breſſeus Dux Sabaudiæ

Philibertus maritus Margaritæ Auſt.	Ludovica vxor Caroli Ducis Aureliæ | Franciſcus Rex Galliæ.	Carolus Dux Sabaudiæ pulſus à Franciſco Rege Galliæ 1536. obijt 1554. | Emmanuel | Philibertus | Carolus

MATRI-

MATRIMONIVM XX.
Duplex.

Sereniſſima Eleonora I. Auſtriaca, ac prima quoque Regis Philippi I. Hiſpaniarum filia duobus Regibus nupta, duorum quoque Regnorum Portugaliæ, & Galliarum Regina facta eſt.

LOquẽs Manlius de præſenti cõiugio, Leonora, inquit, (hæc apud ipſum poſtrema) Philippi Formoſi filia primum Luſitaniæ Regi virgo, deinde vidua facta, Franciſco I. Gallorum Regi poſtquam à Carolo V. captus in Hiſpaniam adductus fuiſſet, libertati iam reſtituto nupta fuit. Hæc quoque rebus mundanis valedicens fratrem Carolum V. à Belgis ad Hiſpanos nauigantem comitata, vitæ ſanctitati ſe totam dedicauit, atque in Hiſpania mortua eſt anno &c. Sic ex hac Philippi Formoſi Hiſpaniarum Regis ſobole nemo fuit, qui non aut Imperator, aut Rex, aut Regina ſalutaretur. Hæc ille. Manl. ſol. 74. De vtriuſque Regis ſtirpe in matrim. Philippi II.

Kilianus verò ſequens generationis, & temporum ſeriem diſtinctius ſcribit de hac ingenuiſſima Regina tali modo. Leonora I. Auſtriaca, Hiſpaniarum Infans, Portugalliæ & Francorum Regina nata Louanij anno 1498. 24. Nouemb. primò Emmanueli, ſecundo Franciſco I. nupta ſub initium anni 1530. menſe Maio ſequenti ad D. Dionyſij coronatur. Vidua facta ad fratrem Cæſarem in Belgium rediјt, & cum eodem anno 1556. in Hiſpaniam profecta, vno etiam eodemque cum illo anno 1558. menſe Martio moritur ad pacem Auguſtam vulgo *Badaios*. In eicone Phil. I.

MATRIMONIVM XXI.

Sereniſſima Maria I. Auſtriaca, penultima Philippi I. Regis Hiſpan. filia Regina fuit Hungariæ, & Bohemiæ, nupſit enim Budæ Regi Ludouico à Turcis occiſi, poſtmodum Belgarum gubernatrix anno 1530. à Cæſare Carolo V. fratre conſtituta eſt.

QVæ tradidit breui Manlius de hoc coniugio, hæc ſunt. Maria (quæ ipſi 1. eſt) anno 1515. admodum puella Ludouico Vngariæ (& Bohemiæ) Regi puero egregio, ſed annos vix decem nato deſponſata eſt, quo eodem anno Anna, Ludouici ſoror vnica viciſſim Manl. de prog. Phil. I. fol. 72.

Ferdinando Mariæ fratri in vxorem futuram promittitur, itidem puella adoleſcentulo.

Tempus nuptiarum.

Nuptiæ autem celebrantur Budæ in Vngaria anno 1521. quo eodem anno Ferdinandus & Anna ſuas quoque nuptias celebrant Linzij in Auſtria. Adoleuerant namque iam vtriſq; coniuges. Hæc Regina Maria, expugnata à Turcis Buda rerum Belgicarum gubernaculis à Carolo V. Imp. fratre ſuo fuit admota. Sed cum Carolus anno 1557. rerũ humanarum faſtigio plenus fratri Ferdinando Imp. Rom. filio Philippo Hiſpanias, & cætera regna per manus tradidiſſet, & in Hiſpaniam nauigaturus totum ſe diuinis contemplationibus tradere ſtatuiſſet, ipſa quoque cum Leonora ſorore fratrem eſt comitata. In Hiſpania igitur reliquam ſuam vitam piè veluti Monaſticam tranſigens, tandem honeſtiſſimam obijt mortem anno fortè 1559. Hactenus Manlius.

MATRIMONIVM XXII.

Sereniſſima Eliſabetha Auſtriaca, Cæſaris Ferdinandi I. primogenita, ac Poloniæ Regina propter coniugium cum Rege Polono Sigiſmundo II. Auguſto, eam primum ducente.

Manl. de ſobole Ferd. I. fol. 80.

NAſcitur Eliſabetha in oppido Linzij anno 1516. teſte Manlio 9. Iulij die Lunæ hora quarta ante meridianã in ſigno Cancri. Gans ſequutus à Kil. dicit 1526. Nupta eſt Sigiſmundo II. Auguſto Regi Poloniæ in vrbe Cracovia 21. Aprilis anno 1543. vt quidam Fridericus Meltelius tradit, tametſi video (ait idem Manlius) Ioannem Funccium in Chronologia ſua affirmare ſponſalia eſſe facta 1535. Octo igitur anni inter ſponſalia & nuptias interceſſere. Obijt Vilnæ in Lithuania anno 1545. die 15. Iunij, & ex Kil. ætatis 19. Apud quem de hac Elias Reuſnerius ita ſcribit. *In hac muliere genus cum forma, forma cum comitate, & manſuetudine, hac cum probitate, probitas denique cum pietate certarunt: ita vt neſcires quid in ea potiſſimum admirareris.*

Elias Reuſn. apud Kil.

Auctor M. S. ſub num. 60. proponens hoc matrimonium in ea tabella hæc habet. Sigiſmundi ſenis Poloniç Regis vnicus filius Eliſabetham Ferdinandi Romanorum Regis, & Annæ patruelis ſuæ filiam ſibi connubio iungit.

I. Caſi-

Digitized by Google

1. Caſimirus Rex Poloniæ.

2. Vladiſlaus Bohemiæ, & Vngariæ. Obijt 1516. | Sigiſmundus Rex Poloniæ obijt 1548.

De iſtis tribus vide ſupra in Alberti II. filia.

3. Anna Ferd. Rom. Regis coniux

Eliſabetha | Sigiſmundus Auguſtus

ECPRASIS.

SIGISMVNDVS natus Kal. Ianuarij 1467. Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuanij, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Dominus Glogoviæ, & Opoviæ, Præſes Sileſiæ. Creatus in Regem Poloniæ 1506. aſſentiente fratre Vladiſlao Rege Vngariæ, coronatus Cracoviæ 1507. Poſt multa egregiè patrata facinora tam in rebus bellicis, quam etiam Pietatis, cuius in exercitijs à teneris vnguiculis apud matrem religioſè educatus fuerat; ac poſtea quam cum Maximiliano I. & Carolo V. Imp. amicitiam coluerit, deceſſit regno quieto, relicto filio 1548. cùm vixiſſet annos 81. menſes 3. ſepultus Cracoviæ in Baſilica. Princeps Magnanimus, Sapiens, Victorioſus. Symbolum eius fuit Aquila colli inſiſtens, & Solem aſpiciens cum inſcript. *Perfero.* Vxores duæ. 1. Barbara Stephani Comitis Scepuſienſis, ac Tranſyluaniæ. Palatini filia annò 1512. Obijt 1515. Vxor 2. Bona Sfortia Galeatij Mediolanenſium Ducis, & Iſabellæ Aragoniæ filia, mortua 1559. Fœminæ duę ex priori coniuge, *Hedvvigis* nupta Ioachimo II. Septemviro Brandeb. anno 1535. & *Anna* puella defuncta. Liberi ex 2. quinque; quatuor mulieres poſt vnigenitum, *Iſabella* nupta Ioanni de Zapolia, Vayvodæ Tranſilvaniæ, & Comiti Scepuſienſi à Solymano tyranno Turcico 1529 poſt obſidionem Viennenſem in Regem Vngariæ electo Budæ, in cuius tutelam mater filium etiam commendauit, marito defuncto 1540. *Sophia* vxor Henrici Iunioris Ducis Brunſuicenſ. & Luneburg. *Catharina* coniux Ioannis Suecorum Regis mortua 1583. Genuit Sigiſmundum Regem Poloniæ poſt Stephanum Bathorium, contra Maximilianū Auſtriæ electum, & coronatum 1587. *Anna*, cuius maritus fuit Stephanus Bathorius Palatinus Tranſyluanię, qui cum ea Regnum Polonię accepit. Vnigenitus harum frater

SIGISMVNDVS AVGVSTVS natus 1520. Rex Polonię, Magnus Dux Lithuanię, Ruſſiæ, Pruſſię, Maſovię, Samogitię, hęres Livoniæ. Coronatus in Regem 1528. Cum patre regnat annos 20. Deceſſit

Vide alibi ſuperius.

1571. ἀπαις. Symbolum eius quatuor tonitrua in quorum medio Aquila roſtro tenens palmæ ramum cum inſcript. *Iouis Sacer.* Vxores 3. quarum prior Eliſabetha Auſtriaca, cum qua ſponſalia celebrauit 1535 cum eſſet annorum 9. nuptias verò 1543. Subita morte extincta Vilnæ 1545. 2. Vxor *Barbara* (hanc vocat Kil. Beatricem) Razivilia Lithuana, vidua Gaſtoldi Lithuani, ſtatim poſt coronationem defuncta 1550. 3. Vxor *Catharina* &c. de qua ſtatim. Hæc ex M. S. quæ breviori ſcriptura tradidimus.

MATRIMONIVM XXIII.
Duplex.

Sereniſſima Catharina Auſtriaca, antedictæ Eliſabethæ ſoror nupſit primum Franciſco Gonzagæ Mantuæ Duci; ac poſtmodum, hoc extincto, cum Pontificia diſpenſatione Regi Sigiſmundo Auguſto.

Vide ſup. f. 89. DE hac Regina ita Manlius. Catharina nata eſt Viennæ Auſtriæ 1533. 25. Septemb. die Iovis intra horam 8. & 9. ante meridianam in ſigno Capricorni. Nupta Duci quondam Mantuæ Friderico Gonzagæ primo, deinde verò Regi Poloniæ Sigiſmundo Auguſto ſupra dicto anno 1533. (error fœdiſſimus typographicus) vult dicere 1553. Obijt in oppido Linz 1572. ibique in templo Cathedrali ſepulta. Kilianus explicitius. Catharina nata Linzij, nupta Sigiſmundo Regi Cracoviæ 1543. (ecce aliud ſupputationis mendum iuxta propoſitum ex M. S.) Franciſco Gonzagæ Friderici ex Margarita Paleologa filio Guilelmo fratri, Duci Mantuæ primo, illo defuncto Sigiſmundo ex Beatrice (M. S. ex Barbara) Raziuil viduo coniugata eſt. A quo repudiata (ob ſterilitatem dicunt aliqui) in Auſtriam reverſa, Linzij obijt &c.

MATRIMONIVM XXIV.

Sereniſſima Barbara I. (alijs 2.) Auſtriaca, ſoror prædictæ Catharinæ I X. nupſit Alphonſo II. Herculis filio, Duci Ferrariæ.

Manl. fol. 93. BArbara, ait Manlius, Ferdinandi I. Imp. filia nata eſt Viennę vltimo Aprilis 1539. die Mercurij intra octauam, & nonam horam ante meridiam in ſigno Libræ. Nupta fuit Alphonſo II. Duci Ferrariæ

Digitized by Google

rariæ anno 1565. menſe Novembri. Obijt ibidem menſe Septembri 1572. Hæc ille. Superius in priori claſſe, vbi egimus de poſteritate Methildis Habsburgicæ, nonnulla de Ducum Mutinæ ſobole, cui Auſtriacum ſanguinem per deſcendentes Ludovici 4. Imper. Bavari, eiuſdem Methildis filij communicatum oſtendimus. Aſt nunc de more eorundem pervetuſtam, ac ingenuiſſimam ſtirpem ea brevitate, qua poſſumus, è ſuis ferè initijs enucleare conamur.

DE FAMILIA, PROGENITORIBUS, ac Genealogia Alphonſi II. Ferrariæ Ducis.

IN arbore Eſtenſium ſtirpis, quam Comes Loſchi imprimi curauit, atque ſimul luculenti ſcriptitatione Italicè enuclerare, invenitur (relictis lectori ſententijs diverſis, quæ ſuper eius Heroibus, ſtatibus, & regiminibus afferuntur) ipſam derivari à Gente Actia, ſcilicet à Marco Actio Balbo, Caij Cæſaris Dictatoris auo materno. Id etiam ſcripſerat ante Loſchum auctor M. S. ſub num. 64. his verbis. Orti ſunt Duces Ferrariæ ex antiquiſſima Eſtenſium, ſeu Ateſtinorum familia, cuius continuam ſeriem à C. Actio Ateſtinorum Militiæ Duce circa Annum Chriſti 400. deductam vſque ab Sigebertum II. Azonis II. filiũ (qui primus Marchio Eſtenſis ab Othone I. Imp. dictus eſt) & inde ad Albertum V. Marchionem Eſtenſem, & Ferrariæ ac Mutinæ Dominũ, conditorem Academiæ Ferrarienſis, & nepotem illius, Herculem I. Ducem Ferrariæ recenſent. Quia vero idem auctor nonniſi poſteros Ferrariæ Duces, qui ſuo tantum ſęculo celebres floruerunt cõſcribere orſus eſt; incipitque ab Alberto V. & ad Alphonſum II. finit; ſtudui ipſe totam familię ſeriem eo modo breviter ordinare, quo præfatus Loſchi commemorat.

Loſchi f. 317.

M. S. ſub. n. 64

Torq. Taſſus cant. 17 à n. 68. & ſeq.

Eſtenſes pariter, ac Canoſini (vulgo Canoſſi) originis vnitatem inter ſe trahentes, ab eodem itidem genere deducuntur. Nam anno 903. Sigifridus, ſeu iuxta alios

SIGEBERTVS I. ex Longobardis oriundus, ac Lucæ, Parmæ, Regijque Dominus genuit filios tres, *Sigebertum*, *Actum*, & *Gerardum*. Extinctis ex his liberis priori, ac poſtremo, remanſit ſolummodò

Eſtenſes, & Canoſſi ab codẽ ſtipite.

ACTIVS, (qui Italicè eſt *Atto*, ac poſtea Azzo) qui in ditione Regiana Canoſium fortificauit, quod ab Othone I. Imp. habuit. Ibi figens domicilium, ex eo natus poſterior

SIGEBERTVS II. Marchio Eſtenſis ac propterea ſtemmatis Eſtenſium propagator, nuncupatuſque Albertatius (Italicè Albertazzo) eo quia vocabatur etiam Actus, quæ nomina deindè tanquam vnum pronunciata

Eſtenſes et Sigeberto 2. nato.

Digitized by Google

Canoſii ex Tedaldo I. genito.

nunciata ſunt. *Tedaldus* vero eius frater ſtirps fuit Canoſiorum. Manens enim veluti primogenitus Canoſiæ, ad Padi ripam caſtrum, ex ſuo nomine Tedaldum appellatum, conſtruxit. Magnam Cæſari Othoni I (ſive cum alijs II.) præſtans ſervitutem, ab ipſo deinde Mantuam, ac Mutinam anno 940. accepit; atque à ſummo Pontifice Ioanne XXII. 958. Ferrariam. Ex Tedaldo ortus præter Conradum, vnde Canoſij magnæ Nobilitatis Equites, Bonifacius, cui vxor Beatrix Conradi filia, atque Henrici III. Imp. ſoror, parenſq; glorioſiſſimę Methildis. Nupſit hæc, iam maximę ditioni ætate quinquennali hæres Gotifredo Duci Spoleti, poſtea Acto II. Eſtenſi conſanguineo: ſed detacta eorum affinitate monitis Papæ Gregorij ſe invicem ſeparauere. Hinc tertia ſponſalia celebrauit cum Vulpho Sueuiæ Duce, qui propter impotentiam ad cõiugium Patriam repetijt, ac Methildis caſtè, ac ſanctiſſimè vixit. Tanta hęc celeberrima illius ſęculi Heroina prudentia, ac Religionis zelo amplas ſuas ditiones, facta iam Chriſtianę Politicę, ac Pietatis, & puritatis ſpeculũ, adminiſtrauit quod neq; Rex fuerit, neq; Imp. qui magnanimius atq; audacius rationes Eccleſię (pro qua aliquando ingentia ſubijt pericla, maximè adverſus Henricum Pontificis Romani hoſtem) defenderit. Deceſſit anno ætatis 68. ſalutis humanæ 1115. Mulier incomparabilis nominis, hęredem reliquit Eccleſiam Lucę, Parmę, Reggij, Mantuæ, Ferrarię, ac illius Tuſcię regionis, quam adhuc titulo patrimonij ſummi Pontifices poſſident.

Vnde Principes Actij dicti poſtmodum Eſtenſes.

Sigiberto (vt ad ſeriem revertam) Germanię, vbi ſe tranſtulit propter eius virtutem, & in militari experientia, quam Aulę Cęſari Othoni inſerviens nactus eſt, Aldam filiam naturalem in vxorem cum Friburgi dote tradidit Imperator. Rediens mox in Italiam Marchionatus titulo aliquot ditiones anno 974. ei contulit: inter eas terra Eſtenſis, ex qua inde & poſteris nomen. Filii Sigeberti duo, Fulco ſecundonatus, qui cum matre ſua Alda in Germania Dux Friburgi remanſit. Primogenitus

HVGO, qui veniens cum parente in Italiam, atq; Marchionatui Eſtenſi ſuccedens magnanimorum Eſtenſium Italię tradidit ſeriem. Ei ſucceſſit anno 1064.

ACTIVS II. Comitiſſę Methildis coniux, vt dictum eſt. Hiſtorici inter ſeſe diſcordes hunc Aldobrandini filium autumant, quod tamen Giraldus, temporibus amplius conformis negat. Actio II. ſucceſſit III. & huic

BERTOLDVS atnepos Sigifridi primi, Actij primi parentis. Eius filius

RINALDVS ille, ac magnus miles, qui pro Max. Alexanro III. Pontifice irruens aduerſus Cæſarem Ænobarbum in hoſtes, quorum ſtrenuè rupit, profligauitque manus ac propria dextera Imperatorem è ſella equitis pertrahens, inſignem pro Eccleſia anno 1177. obtinuit victoriã. In ea depinxit in inſignibus Aquilas albas in cãpo cęruleo,

De armis Gentilitijs familiæ Eſtenſis.

quę

quæ deinde pro armis gentilitiis familia Eſtenſis erexit.

ACTIVS III. cui proauus fuit Actius II. ſed parens Rinaldus præfatus.

OBIZO 1204. Actij 3. filius 1204. atque eiuſdem Rinaldi nepos. Ab Obizone

ACTIVS IV. cui frater (aliis pater) Aldobrandinus ex factione Guelfa ꝑ Eccleſia Romana, vnde ſibi ſtatus Ferrariæ inueſtitura benemerita, quam ei certa annua Cameræ Apoſtolicæ penſione Innocentius III. (alij Cæleſtinus) tradidit. Sunt qui afferant, Gregorium IX. anno 1230. Actio feudum illud donaſſe. Ex eo

ACTIVS V. 1266. in annotatione Loſchi, ſed in arbore 30. anni minus.

OBIZO II eius filius 1290. Mutinam, ac Regium recuperauit

ALDOBRANDINVS eius filius ſecundo natus, ac primi ſucceſſor, Ferrariæ Vicarius; nam primogenitus Actius, carceri à Friſco eius filio notho, à populo pœnam ſceleris ſoluente occiſo, incluſus fuit. Frater etiam Aldobrandini Almericus, qui genuit Actium. Filii Aldobrandini duo, cuius ſecũdo natus Rinaldus, qui acclamatus à populis Comachij anno 1324. eiuſdem ditionis factus eſt Dominus. Hic fuit primus Ferrariæ Marchio. Primogenitus ſibi frater

OBIZO III. Marchio Ferrariæ 1345. iamque Parmæ, Graphignanæ, & Argentæ Dominus 1345. Reliquit tres filios, *Aldobrandinum* mortuum 1352. *Nicolaum* claudũ, qui ſucceſſit fratri, fuitq; magnus Eccleſiæ defenſor, ac valdè in bellis peritus. Hic Ferrariam vijs, ac ædificis ampliauit, nobilitauitque: Addidit dominatui Fauentiam ac Bagnacaballum anno 1376. *Albertum, & Nicolaum,* quem alij illegitimum dicunt. Obiens ſine liberis Nicolaus claudus, ſumpſit regimen Albertus Princeps magnæ prudentiæ, & manſuetudinis. Alberto ſucceſſit Nicolaus frater, alijs filius, ſed vtrũ hic nothus fuerit, vel nec ne, lis eſt inter hiſtoricos. Comes Loſchi fratrẽ Alberti facit in ſerie arboris Genealogicæ citatæ Nicolaum, ſed auctor M. S. filium, atque hoc modo geneſim, quam nos ſequimur, incipit.

ALBERTVS V. Marchio Eſtenſis, & Ferrariæ, Obizonis VII. anno 1352. defuncti, filius, Aldobrandini IV. & Nicolai II. frater de conſilio Bartolomæi Saliceti I. C. Academiam Ferrariæ condidit anno morti eius proximiori 1392.

NICOLAVS III. Marchio Eſtenſis, & Ferrariæ Regium Lepidi, cæſo Ottobono, ſibi ſubiecit 1409. Obijt 1441. Primogenitus *Leonellus* nothus, Gazæ, Trapezuntis, & Vallæ patronus obijt 1450. Borſius Friderico III. Imperatore Dux Mutinæ, & Regij creatus 1452. obijt 1470.

HERCVLES I. ex coniuge Salutia tertio natus, Dux Ferrariæ aduerſus Venetos & Papam Sixtum patriam defendit, obijt 1505..

ALPHONSVS I. Dux Ferrariæ aduerſus Iulij II. Leonis X. & Adriani Paparum arma ſe defendit. Cuius vita Iouius luculenter deſcripſit: obijt 1534. Eius fratres *Hippolitus* Cardinalis, *Beatrix* vxor Ludouici Sfortiæ. *Iſabella* vxor Franciſci Gonzagæ. Eius coniuges, quas tacet M. S. ex Loſchi hę. Aña, Galeatij Mariæ Sfortiæ filia. Lucretia Borgia, filia Alexandri VI. Laura Euſtochia, mulier, quę etſi ex illuſtribus haud orta natalibus, multis tamen naturę, & morum dotibus nobilitata, ut proinde Dux Alfonſus valdè eam dilexerit, ac tractauerit, adeo ut haud vulgaris opinio extiterit de ſecretis inter vtrumq; ſponſalibus & multa cum probabilitate. Ex hac duos genuit Alfonſos, è quorum altero Montechij Marchione, cui vxor Iulia Franciſci Mariæ Vrbini filia, natus eſt D. Cæſar Dux Mutinæ, cuius dominatui vnà cum illo Regij à Cæſare Rudolpho II. inueſtitus fuit anno 1598. Eius ſoror Ippolita Mirandolę Principiſſa, frater Alexander Cardinalis, Vxor Virginia Margarita Medicęa. Ex qua præter Lauiniam Ducem Mirandulæ, Foreſtum, Nicolaum, Hippolitum, Ludouicum, Borſum, hęres ditionis, ac ſtemmatis *Alfonſus*, cui vxor Iſabella Caroli Emmanuelis Sabaudij filia. Alexandro primogenito ſucceſſit *Franciſcus* Dux Mutinæ ſuperſtes 1620. Frater Obizonis, Cæſaris, ac Rinaldi Cardinalis, parenſque ex Maria Farneſia, Odoardi Parmę Ducis ſorore *Alfonſi* Principis, & Almerici. Coniux altera Franciſci ex familia Barberina, filij verò ex Mazerina, ac per cōſequens ipſe parens, fortalitij Valentię Padi nūc occupator totus Gallus in perniciē ſtatus Mediolani, ceu Galiorū ductor, & pręfectus, im̄emor forſè Auſtriacorū beneficiorum, atq; excidij tot nobiliū ex Francia, quos generoſa Cremona prius, deinde conſtans Pauia imperterito marte veluti in laniena interfecere. Genitor Franciſci Alfonſus prædictus tedio rerum caducarum affectus, illorum religioſorum ſelegit morem, cuius inſtitutū eſt, à Clemēte VII. emanatum & barbam cum caputio quadrato geſtare, & vitam eremiticam ducere. Itaque Alfonſus I. ex Lucretia Borgia genuit filios 4. quorum nomina trium poſtremorū Hippolitus Magnanimus S. R. E. Cardinalis, Franciſcus, & Alexander. Sed primonatus pręter Lucretiam, & Annam, illam Lotharingię, hanc vero Vrbini Ducem

HERCVLES II. tanta rexit felicitate, quod nunquam ſuorum dictum ſerenitatem eclypſatam vidit. Eius vxor Reinera ſeu Renata Ludouici XII. Galliarum Regis filia. Secundo natus *Aloyſius* Cardinalis cuius Symbolum Sol exoriens cum inſcriptione *Non exoratus exorior:* in liberæ, & non exoratæ munificentiæ ſignum. Obijt Hercules 1559. Primogenitus

ALPHONSVS II. Dux Ferrariæ militauit Maximiliano II. Cæſari in Vngaria 1566. Ex vxoribus Lucretia, Coſmi Florentini, Barbara Auſtriaca Ferdinandi Regis Romani, Anna Wilhelmi Mantuani filia nullos ſuſcepit liberos. Ideo Cæſarem Eſtenſem fratrem patruelem ex eadem Laura Euſtochia à Papa, feudi Ducatus Ferrarienſis Domino inveſtiri

veſtiri petiuit. At Clemens VIII. propter illegitimum coniugij vinculum, vt ferebatur, ſtatum illum devolutum eſſe Eccleſiæ declarans, anno Chriſti 1598. Ferrariæ ſe conferens, eius poſſeſſionem cepit. Fui ipſe Romæ, quando Dux Alphonſus Capuccinus, qui cilicio indutus regimen temporale non adhuc totaliter reliquerat, nec Serenitatis titulum, quem uſque ad vltimum vitæ ſpiritum retinere voluit cum magna ſuæ congregationis gloria & iactantia, inſtauit, vt publicè tunc ferebatur, Pontifici Vrbano VIII. ea intentione, quod filius eius vti hæres Ferrariæ ſtatum peteret, ac vellet. Aiunt, reſpondiſſe Pontificem; ſi filius tuus vult Ferrariæ ſtatum, accipiat.

MATRIMONIVM XXV.

Sereniſſima Eliſabetha Auſtriaca, Cæſaris Maximiliani II. filia altera nupſit Carolo IX. Francorum Regi, quo regnante Laniena Pariſienſis contigit.

QVæ de hac magna Regina Auſtriaca Manlius, Gans, Kilianus & M.S. auctor tradũt, brevi in præſenti coniugio reſcribã. Nata & celeri atq; inopinato partu Eliſabetha, quinta Maximiliani II. Imp. proles Viennæ Auſtriæ anno 1554. menſis Iunij (Gans Iulij) 5. die Martis nocturno tempore intra decimam, & undecimam horam in ſigno Leonis. Nupta fuit Carolo IX. Gallorum Regi (& optimo Regum M.S.) Diſceſſit ex Germania ad ſponſum in Galliam profectura 4. Nov. anno 1570. Nuptiæ Pariſijs 26. eiuſdem Menſis ætatis anno 19. Carolo fato, an dolo extincto, cum filiã vnicam Mariam peperiſſet, Viennam ad ſuos redijt. Natus erat Carolus IX. Gallorum Rex 27. Iunij anno 1550. regnare cœpit 5. Decemb. 1560. Obijt 30. Maij 1574. Genus eius ex Comitibus Valeſijs; fuit enim filius Henrici II. Regis occiſi: nepos Franciſci I. Regis, pronepos Caroli Ducis de Angolem; abnepos Ioannis Ducis de Angolem, adnepos Ludouici d'Orleans, trinepos Caroli V. Regis, qui genuit Carolum VI. Regem, patrem Caroli VII. Regis, avi viij. quique genitus fuit Ioannis Regis filij Philippi Valeſij Regis, orti ex Carolo ſine terra, Comite Valeſio ac S. Regis Ludovici IX. ex Philippo Audace Rege filio nepote. Fratres Caroli IX. Franciſcus II. Rex. Henricus III. Rex, vltimus ex familia Valeſia, Iſabella Hiſpaniarum Regina, & Margarita Regina Navarræ.

Manl. de progen. Max. I. fol. 109.

Synopſis de ſtirpe Valeſia.

Hæc Regina, teſte Manlio, inter Seraphinas Franciſcanas magni nominis fœmina, tanta enituit nõ tantum corporis ſpecie, qua pulcherrima fuit, verum etiam vitæ caſtimonia, innocentia, & ſanctitate, qua omnes

Loco cit. f. 110

omnes matronas ſui temporis ſuperabat, vt omnem rerum humanarum luxum aſpernata, cum reiterandi cum Regibus, & magnis Principibus matrimonij occaſiones non paucæ offerrentur, nullam acceptare voluerit; ſed ſe totam diuinis contemplationibus dediderit. Gallica ſanè gente affirmante, ſe in regno ſuo honeſtioribus moribus Reginam nunquam vidiſſe, nihilque magis optaſſe, quam vt ipſum uſque ad vitę eius finem regnantem videre, aut aliam ei ſimilem habere poſſe. Pragæ templum ædificauit omnium Sanctorum. Viennæ non templum modo, verum etiam Cœnobium ſacrarum Virginum, ex inſtituto D. Claræ viventium fundavit, cui ſuum habuit palatium adiunctum, vbi piam & innocuam tranſegit vitam. Dici nequit quam non modo caſtam, verum etiam ſobriam, piam, atque aſperam vitam hæc Regina exegerit, quamque piè vita innocentiſſimè tranſacta mortua fuerit die 22. Ianuarij anno 1592. paulo ante mediam noctem.

Sepulta eſt Viennæ Auſtriæ 10. Februarij in novo ſui monaſterij templo, quod magnis ſumptibus à fundamentis excitauit, annuoque cenſu & vectigalibus ſufficientibus monaſterium dotauit. Hæc quanquam cœnobium ſacrarum virginum Divæ Claræ ex inſtituto S. Franciſci viuentium fundaverit, ipſa tamen veſtitu earundem Virginum non eſt vſa, at verò vitæ ſanctitatem diſſimulans, honeſtoque amictu Reginam viduam, & Imperatoris Romani filiam decenti vtens, non tantum ieiunijs, precibus, alijsque pijs exercitijs Virgines illas ſacras adæquauit, verum etiam longe ſuperauit. Adeò ſane, vt famula eius, quam ex perſonis honeſtiſſimis, probiſſimisque delectam habuit, quæque vitæ Reginæ inſpectrix fuit, quæ modeſtiam, manſuetudinem, & humilitatem tantæ Principis coram quotidie vidit, quæ eleemoſynas in horas penè ſingulas, innumerabili pauperum ad eius aulam concurrentium multitudini longa manu diſtribui inſpectauit, vno ore omnes eam beatam & ſanctam prædicarunt. Ante mortem teſtamento cavit, ut ſepelienda, vili veſtitu indueretur, nullaque pompa tumularetur. Quod & factum eſt. Nam in ſarcophago ligneo foſſa ſimplici in templo ſuo facta, terrę mandata eſt, funere nullis magnificis cœremonijs elato.

Sancta ab omnibus prædicata.

MATRI-

MATRIMONIVM XXVI.

Sereniſſima Eliſabetha Clara Eugenia, hoc nomine apud Auſtriacas XI. Hiſpaniarum infans, Burgundiorum, & Belgarum Princeps à Rudolpho II. Auguſto expetita, Erneſto à patre Rege Catholico deſtinata, cælitus Alberto reſeruata nupſit, vt in matrimonio viri ſui cum eadem monſtratum eſt.

MATRIMONIVM XXVII.

Sereniſſima Anna Auſtriaca, Ferdinandi II. Archiducis filia, Cæſaris Ferdinandi I. nepos Imperatrix fuit, duxit enim eam Cæſar Matthias patruelis ſuus, vt dictum eſt.

MATRIMONIVM XXVIII.

Sereniſſima Maria Chriſtierna VI. Auſtriaca, Caroli III. Archiducis filia ac Imper. Ferdinandi II. ſoror nupſit Sigiſmundo Bathoreo Principi, cuius tabellam Genealogicam ſubnecto.

STEPHANVS Bathor Comes Regalis curiæ ſub Vladiſlao iuniore, cum quo etiam oppetijt in pugna ad Varnam 1444. M. S. tom. 2. num. 70. Huius filij fuere, primò natus *Stephanus* Bathorus Vaiuoda Tranſyluaniæ, & Comes Scepuſienſis militauit Matthiæ Coruino Regi Vngariæ, vir integerrimus, ſapientiſſimus, ſeueriſſimuſque, qui in Tranſyluania vnà cum Paulo Kiniſio collega, vt cumulatiſſimis patri parentaret inferiis 6000. Turcarum interemit. Adfuit Matthiæ in bello Auſtriaco 1478. Albam Regalem obſidione cinxit, & recepit 1492. poſt

mortem Matthiæ Regis regni Dux vocatus eſt. Secundo natus, & ante Nicolaum Bathoreum Antiſtitem Vatienſis, virum nobiliſſimum, & oratorem ſummum, Italicis moribus, & diſciplinis ornatum, qui vixit Regnante Matthia Corvino Rege Vngariæ

ANDREAS Bathorus, cuius filius nominatur

STEPHANVS Bathor regni Vngarici Comes Palatinus. Huius forte filij fuere ex Catharina Tellegdia *Chriſtophorus* ſecundogenitus. 3. *Andreas*, parens Stephani, Balthaſar, Andreæ Cardinalis, & Criſildis, coniugis Ioannis Zamoiſchi Poloniæ Archicancellarij, & ſummi exercituum Ducis, quæ obijt partus dolore 1590. 4. *Georgius* Bathor Legatus Sigiſmundi Auguſti Poloniæ Regis Viennam miſſus, vt de componendo bello cum Maximiliano II. Imp. contra Scepaſienſem ageret anno 1565. Primogenitus ex prædicta Telegdia

STEPHANVS Bathor Rex Poloniæ ex Palatino Tranſyluaniæ electus á Proceribus poſt diſceſſum Henrici Valeſij Regis ex Polonia contra Maximilianum II. Imper. Romanorum, coronatus 1576. Victoria potitus de Ioanne Baſilio Magno Duce, Moſchouiæ cui (poſt illud valdè graue, & atrox cum Dantiſcanis) ob exercitam tyrannidem in innocentes & Livoniam excurſionibus vaſtatam littoris appenſis ex extractum è vagina acinacem bellum indixit 1579. Vilnam ouans ſpoliiſque animoſus opimis 3. Nouemb. ingreſſus eſt: Et honorificè arcu triumphali à Ieſuitis ex ſerico elegantiſſimo facto exceptus. Vbi etiam Turcicos, Tartaricos, & Scythicos Legatos audiuit. Comitia Varſauientia celebrauit. Princeps virtute, ſapientia, eruditione, magnitudine animi, & artibus bellj præſtans. Primus in bellis ciuilibus Vngariæ condentes globos, nouum incendionum genus inuenit, quibus etiam contra Moſchos uſus eſt: amans Iuſtitię, cædibus, libidinibus, & alijs flagitiis infenſiſſimus. Mortuus eſt *ἄπαις*. ex ardenti febre non ſine veneni ſuſpicione 1586. ætatis 54. Symbolum eius fuit quinque papauerum capita inferius colligata, & ſuper ea corona clauſa cum inſcriptione Italica *Non per dormire*. Vxor Anna filia Sigiſmundi Regis Poloniæ, virgo provectæ ætatis cum qua regnum accepit

Symbolum.

CHRISTOPHORVS Princeps vel Vayvoda Tranſyluaniæ

SIGIMVNDVS Bathor Princeps vel Vayvoda Tranſyl. & Imperij Romãi conſtitutus à Rudolpho II. Imp. ob res feliciter cõtra hoſtes Chriſtiani nominis Turcas geſtas, quos imperio Moldauico, & VValachico exuit, & Sinam Baſſam ſummum belli Ducem quater profligauit anno 1595. ſequenti Themeſiuuarum occupauit, occiſis 20000. Turcarum,

carum. Vxor Maria Chriſtierna Auſtriaca, &c. Hæc ex M. S. vbi ſupra ſub num. 70. Adde ex Manlio, Kil. & Gans. Nata hæc Princeps Græzij 10. Nouemb. 1574. nupta Sigiſmundo Bathori 1595. Halæ deinde mortua. Kil. in Carolo Manl. Gans & alii.

MATRIMONIVM XXIX.
Ratum.

Sereniſſima Gregoria Maximiliana Auſtriaca, huius nominis I. ac Caroli Archiducis quarto genita, nata Grætij 10. Kalend. Aprilis 1581. promiſſa Phllippo III. tunc Hiſpaniarum Principi. Defuncta eſt eodem die, quo nuptiæ celebrandæ erant anno 1597.

MATRIMONIVM XXX.

Sereniſſima Conſtantia I. Auſtriaca, præfatæ Mariæ Chriſtiernæ ſoror, ſucceſſit Annæ ſorori Pontificia diſpenſatione Coronæ Polonichæ: nata enim Græcij 24. Decembr. 1588. extinctaque priori Regina, nupſit Regi Poloniæ & Suecorum Sigiſmundo cognato ſuo. Plurium liberorum mater, inter quos Rex ſuperſtes Ioannes Sigismundus. Obijt 1632. Hoc idem matrimo. eſt in priori claſſe.

Digitized by Google

MATRIMONIVM XXXI.
& vltimum.

Sereniſſima Cæcilca Renata Auſtriaca, Ferdinandi II. Imper. ſecundo genita nata 16. Iulij media tertia poſt meridiem anno 1611. ducta à Rege Poloniæ, & Suecorum Ladislao patruele, facta eſt illorum Regnorum Regina.

Obijt ἄπαις.

EXCVRSVS IV.

AC POSTREMVS,

Ea quam breviſſimè complectens, quorum ſtricta collectio erit hujus II. Gentilitij

PARS QVINTA.

MOnſtroſum opus propter plurimam hujus partis ultimæ brevitatem legentibus exhibeo. Ex ejus enim capite grandi, corpore ad duplum grandiore, & cauda multo cum exceſſu pauca, equidem conflari molem, Elephantum imitantem, reapſe liquet. Fateor ita eſſe, totamque foliorum compaginationem collectori, turpi illo, ac pergroſſo animali greſſu & pinguedine aſſimilato, mirum in modum reſpondere. Aſt protinus ignoro, num in tanta, ac tam varia, improportionataque ſcriptitatione ſuper illius ignorantiam potius, rudemque ſtilum obſtupuerit Criticus, quam ſuper Elephanteum volumen, membrorum ſimetria carens; etſi aliunde non abſq; ingenti labore, & modica valetudine ab uno ſolo ſolo compoſitũ, conſcriptum, correptum: Atque dicterio illo, S. Hieronymo, linguam Chaldaicam addiſcere cupienti, ſed de ejus difficultate territo, à quodam Rabbino, in eam ipſum animante, pronuntiato, *Amor improbus omnia vincit*, roborato, elaboratum. Omnis ergo hujus poſtremæ partis tractatio eò tendit, quò juxta promiſſa hoc Argumentum enucleandum eſt. Nota.

De magnis agnationibus, quibus auſpicato fœdere cum alijs Europæ ſtirpibus Auſtria Gens juncta eſt.

HÆ agnationes, ſive affinitates bifariè inſpici poſſunt, nimirum, vel (ut Dialecticis utar vocibus) in genere, vel ſecundo modo in ſpecie. Prior intuitio ad Auſtriæ Domus utriuſque ſexus Principes, avitæ ſobolis medijs matrimonijs propagatores neceſſariò tendit. Nam obſervatis hinc inde omnium conjugijs, rimatiſque pariter eorun-

dem Genealogijs, ſtatim ingens affinitatum varietas, per totam ferè Europam circumfuſa unicuique occurret. In 2. hujus Gentilitij parte præbuimus Regi Catholico Philippo IV. brevibus ordinibus omnia hæc connubia, licet, uti deindè advertimus, nonnulla, ibi deficiant. Nec alia intentione hoc fecimus, niſi quod ſubitò ea veluti materiem, ſuo Coloſſeo generi coaptatam, ſine tedio, ac labore inclytus Monarcha proſpicere poſſet. In tertia poſtmodum parte, quemadmodum etiam & in quarta longa ſerie ipſa enucleavimus, nullo eorum ex defectu diligentiæ (niſi fortè lapſus aliquis memoriæ mentem aliò diverterit) derelicto. In hac quinta ac poſtrema pro majori omniũ inſpectorum facilitate, ac commoditate tria conſcribere per modum cujuſdam ſummarij ſtuduimus. Primum erit de numero maſculorum & fœminarum, Auſtriæ ſtirpem propagantium, & eorum ſimul, cum quibus eam incredibili proſperitate, & incremento propagavere. Secundum de numero Originum, per quas tota tantiſque ſanguinis conjunctiones inter Familiam Auſtriacam, & cæteras extraneas Gens eadem jugali vinculo copulata eſt. Tertiũ de gradibus conjunctionum, legali jure è maritaliũ fœderum cum alijs familijs exurgentibus. Ita hoc pacto tota Auſtriæ latitudo affinitatum cum alijs ſtirpibus, tam in univerſum, quàm particulatim per diſtinctam ſeriem citra omnem difficultatem cunctis liquebit.

SECTIO I.

Quot Principes Habsburgij, Auſtrij ſexus utriuſque, & quibus conjunctionibus Avitam ſtirpem propagarint.

Summarium I. pro Maſculis, qui ſunt numero XX.

Quantum ad mares, quibus ad hæc uſque tempora Arbor Genealogica Auſtriaca conflatur, & exurgit, certum eſt eos eſſe in utraque Monarchia, ſcilicet Germana, & Hiſpania numero XX. Ponam eorum ſeriem.

I. ALBERTVS Dives Romanus ex Principibus Perleonibus Frangipanibus, Comes Habsburgi jure connubiali propagator factus eſt cum Domina *Ithà* tertia Conjuge ac Rudolphi ab Pfulendorff & Brigantia filia.

2. RVDOLPHVS Taciturnus cum Domina *Agnete* Gothfridi Dynaſtæ de Stoffen filia.

3. ALBERTVS Sapiens, & exulator, pro fide Chriſti à Saracenis in bello ſacro Orientis occiſus, cum Domina *Hedwige* Vlrici Comitis Kiburgenſis filia.

4. RV-

4. RVDOLPHVS I. Imperator cum Domina Imperatrice *Anna* (hanc à Geltruda contra Guillimannum minimè diſtinquimus) filia Alberti Hohenbergij, & ex ſtirpe Itala Veronenſi.

5. ALBERTVS I. Imperator cum Domina Imp. *Eliſabetha* Meinradij (ita ſcribi vult Guillim. & non Mehinardi) Carinthiæ Ducis filia.

6. ALBERTVS II. Sapiens, ac Contractus cum Domina *Joanna* Vdalrici Comitis Feretarum filia.

7. LEOPOLDVS Probus cum Domina *Virida* Itala Barnabæ Vicecomitis Mediolani filia.

8. ERNESTVS Ferreus cum Domina Cimburga conjuge, altera Vitoldi Lituaniæ Principis filia; non autem cum priori, Margarita Pomerana, ut falsò refert Pallavicinus.

9. FRIDERICVS IV. Imperator cum Domina Imp. *Eleonora* Luſitana, Eduardi Regis Portugalliæ filia.

10. MAXIMILIANVS I. Imp. cum Domina Imp. *Maria* Caroli Audacis Burgundiæ Ducis filia, & hæres.

11. PHILIPPVS I. Hiſpaniarum Rex cum Domina Regina *Joanna* Hiſpana, filia & hærede Ferdinandi Catholici Regis, & Reginæ Iſabellæ Luſitaniæ.

12. CAROLVS V. Imp. cum Domina Imp. Iſabella Luſitana.

13. PHILIPPVS II. Hiſpaniarum Monarcha cum Domina Regina Anna Auſtriaca, Maximiliani II. Imp. filia.

14. PHILIPPVS III. Hiſpaniarum Monarcha cum Domina Regina Margarita Auſtriaca Caroli III. Archiducis filia.

15. PHILIPPVS IV. Superſtes Hiſpaniarum Monarcha cum Dominis Regina Iſabella Galla Borbonia Henrici IV. Regis Francorum filia, & Maria Anna filia Cæſaris Ferdinandi III. hoc anno extincti, ac nepte ex ſorore Imperatrice Maria.

16. FERDINANDVS I. Imp. cum Domina Imperatrice Anna Jagellonica, filia Vladislai Vngariæ, & Bohemiæ Regis.

17. CAROLVS III. Archidux cum Domina Archiduce Maria Bavara Alberti V. Bavariæ Ducis filia.

18. FERDINANDVS II. Imp. cum Domina Imp. Anna Bavara, Wilhelmi V. Bavariæ Ducis filia.

19. FERDINANDVS III. Imp. cum tribus Dominis Imperatricibus, Maria Hiſpaniarum Infante Philippi III. Regis Catholici filia. Maria Leopoldina Leopoldi V. Archiducis ex Claudia Medicæa genita. Leonora Gonzaga ſuperſtite, quam ex Duce Maria Carolus Princeps de Retel procreaverat.

20. LEOPOLDVS V. Archidux cum Domina Archiduce Claudia Medicæa, filia Magni Ducis Etruriæ Ferdinandi I. ac ultimi Ducis Vrbinatis filia ſtirpem Auſtriacam Tyrolenſem propagavit, quæ nondum ultra pri-

Digitized by Google

dem Genealogijs, ſtatim ingens affinitatum varietas, per totam ferè Europam circumfuſa unicuique occurret. In 2. hujus Gentilitij parte præbuimus Regi Catholico Philippo IV. brevibus ordinibus omnia hæc connubia, licet, uti deindè advertimus, nonnulla ibi deficiant. Nec alia intentione hoc fecimus, niſi quod ſubitò ea veluti materiem, ſuo Coloſſeo generi coaptatam, ſine tedio, ac labore inclytus Monarcha proſpicere poſſet. In tertia poſtmodum parte, quemadmodum etiam & in quarta longa ſerie ipſa enucleavimus, nullo eorum ex defectu diligentiæ (niſi fortè lapſus aliquis memoriæ mentem aliò diverterit) derelicto. In hac quinta ac poſtrema pro majori omniũ inſpectorum facilitate, ac commoditate tria conſcribere per modum cujuſdam ſummarij ſtuduimus. Primum erit de numero maſculorum & fœminarum, Auſtriæ ſtirpem propagantium, & eorum ſimul, cum quibus eam incredibili proſperitate, & incremento propagavere. Secundum de numero Originum, per quas tota tantiſque ſanguinis conjunctiones inter Familiam Auſtriacam, & cæteras extraneas Gens eadem jugali vinculo copulata eſt. Tertiũ de gradibus conjunctionum, legali jure è maritaliũ fœderum cum alijs familijs exurgentibus. Ita hoc pacto tota Auſtriæ latitudo affinitatum cum alijs ſtirpibus, tam in univerſum, quam particulatim per diſtinctam ſeriem citra omnem difficultatem cunctis liquebit.

SECTIO I.

Quot Principes Habsburgij, Auſtrij ſexus utriuſque, & quibus conjunctionibus Avitam ſtirpem propagarint.

Summarium I. pro Maſculis, qui ſunt numero XX.

Quantum ad mares, quibus ad hæc uſque tempora Arbor Genealogica Auſtriaca conflatur, & exurgit, certum eſt eos eſſe in utraque Monarchia, ſcilicet Germana, & Hiſpania numero XX. Ponam eorum ſeriem.

1. ALBERTVS Dives Romanus ex Principibus Perleonibus Frangipanibus, Comes Habsburgi jure connubiali propagator factus eſt cum Domina *Itha* tertia Conjuge ac Rudolphi ab Pfulendorff & Brigantia filia.

2. RVDOLPHVS Taciturnus cum Domina *Agnete* Gothfridi Dynaſtæ de Stoffen filia.

3. ALBERTVS Sapiens, & exulator, pro fide Chriſti à Saracenis in bello ſacro Orientis occiſus, cum Domina *Hedwige* Vlrici Comitis Kiburgenſis filia.

4. RV-

4. RVDOLPHVS I. Imperator cum Domina Imperatrice *Anna* (hanc à Geltruda contra Guillimannum minimè diſtinquimus) filia Alberti Hohenbergij, & ex ſtirpe Itala Veronenſi.

5. ALBERTVS I. Imperator cum Domina Imp. *Eliſabetha* Meinradij (ita ſcribi vult Guillim. & non Mehinardi) Carinthiæ Ducis filia.

6. ALBERTVS II. Sapiens, ac Contractus cum Domina *Joanna* Vdalrici Comitis Feretarum filia.

7. LEOPOLDVS Probus cum Domina *Virida* Itala Barnabæ Vicecomitis Mediolani filia.

8, ERNESTVS Ferreus cum Domina Cimburga conjuge, altera Vitoldi Lituaniæ Principis filia, non autem cum priori, Margarita Pomerana, ut falsò refert Pallavicinus.

9. FRIDERICVS IV. Imperator cum Domina Imp. *Eleonora* Luſitana, Eduardi Regis Portugalliæ filia.

10. MAXIMILIANVS I. Imp. cum Domina Imp. *Maria* Caroli Audacis Burgundiæ Ducis filia, & hæres.

11. PHILIPPVS I. Hiſpaniarum Rex cum Domina Regina *Joanna* Hiſpana, filia & hærede Ferdinandi Catholici Regis, & Reginæ Iſabellæ Luſitaniæ.

12. CAROLVS V. Imp. cum Domina Imp. Iſabella Luſitana.

13. PHILIPPVS II. Hiſpaniarum Monarcha cum Domina Regina Anna Auſtriaca, Maximiliani II. Imp. filia.

14. PHILIPPVS III. Hiſpaniarum Monarcha cum Domina Regina Margarita Auſtriaca Caroli III. Archiducis filia.

15. PHILIPPVS IV. Superſtes Hiſpaniarum Monarcha cum Dominis Regina Iſabella Galla Borbonia Henrici IV. Regis Francorum filia, & Maria Anna filia Cæſaris Ferdinandi III. hoc anno extincti, ac nepte ex ſorore Imperatrice Maria.

16. FERDINANDVS I. Imp. cum Domina Imperatrice Anna Jagellonica, filia Vladislai Vngariæ, & Bohemiæ Regis.

17. CAROLVS III. Archidux cum Domina Archiduce Maria Bavara Alberti V. Bavariæ Ducis filia.

18. FERDINANDVS II. Imp. cum Domina Imp. Anna Bavara, Wilhelmi V. Bavariæ Ducis filia.

19. FERDINANDVS III. Imp. cum tribus Dominis Imperatricibus, Maria Hiſpaniarum Infante Philippi III. Regis Catholici filia. Maria Leopoldina Leopoldi V. Archiducis ex Claudia Medicæa genita. Leonora Gonzaga ſuperſtite, quam ex Duce Maria Carolus Princeps de Retel procreaverat,

20. LEOPOLDVS V. Archidux cum Domina Archiduce Claudia Medicæa, filia Magni Ducis Etruriæ Ferdinandi I. ac ultimi Ducis Vrbinatis filia ſtirpem Auſtriacam Tyrolenſem propagavit, quæ nondum ultra pri-

Digitized by Google

mum gradum in Linea utraque exijt, & ulterius progreſſuram Archiducum filiorum juventus quam florida efficaciter ſuadet; niſi Deus in cujus manibus omnium ſortes, & maximè magnorum Principum ſunt poſitæ, tam in bonum, ſi boni ſunt, quam etiam in malum ſi mali, aliter diſpoſuerit.

Quas propagationes omnes uberrima ſcriptura; temporum ordine quam ſolerter obſervato, in tertia parte appoſui.

Summarium II. pro Fœminis, quæ ſunt numero XXVIII.

I. AGnes Habsburgica, Cæſaris Rudolphi I. filia ſuæ ſtirpis facta eſt propagatrix cum Domino Alberto II. Duce, & Electore Saxoniæ.

2. Methildis Habsburgica ejus ſoror cum Domino Ludovico II. Seniore Duce Bavariæ ſuperioris, & Rheni Palatino Electore.

3. Gutha, ſeu Judita Habsburgica ejuſdem ſoror, ac Regina cum Domino Rege Bohemiæ S. Wenceslao.

4. Clementia item Habsburgica ejus ſoror cum Domino Carolo Salerni Principe, cognomento Martello.

5. Eliſabetha Auſtriaca Alberti I. Imp. filia cum Domino Friderico III. Lotharingiæ Duce, Athlete cognomine.

6. Anna Auſtriaca ejus ſoror cum Dominis Hermanno primo Conjuge Marchione Brandeburgico; & Henrico ſecundo Preslaviæ Duce.

7. Juditha Auſtriaca ejuſdem ſoror cum Domino Ludovico Comite Oetingenſe.

8. Margaritha Auſtriaca filia Alberti IV. Mirabilia Mundi nuncupati cum Domino Bavariæ Duce Henrico.

9. Catharina Auſtriaca filia Erneſti Ferrei cum Domino Carolo Marchione Badæ.

10. Margaritha ejuſdem ſoror cum Domino Friderico II. Placido, ac Saxoniæ Electore.

11. Eliſabetha filia Alberti II. Cæſaris, ac Regina cum Caſimiro IV. Poloniæ Rege.

12. Kunigunda Auſtriaca Friderici IV. Imp. filia cum Domino Alberto Juniore, Cognomento Sapiente.

13. Eliſabetha Auſtriaca Regina Philippi I. filia cum Domino Chriſtierno II. Daniæ Rege.

14. Margarita Auſtriaca Caroli V. Imp. filia illegitima cum Domino Octavio Franeſio Duce Parmenſi.

15. Maria Auſtriaca Cæſaris Ferdinandi I. filia cum Domino Gulielmo Juliæ, & Cliciæ Duce.

16. Leo-

Digitized by Google

16. Leonora Auſtriaca ejus ſoror cum Domino Gulielmo Gonzaga Mantuæ Duce.

17. Joanna Auſtriaca item ſoror cum Domino, ac Magno Duce Etruriæ Franciſco Medicæo.

18. Catharina Auſtriaca Regis Philippi II. filia cum Domino Carolo Emmanuele Duce Sabaudiæ.

19. Anna Auſtriaca ſuperſtes Vidua, Regina Galliarum filia Philippi III. Regis Hiſpani cum Domino Ludovico XIII. Rege Franciæ.

20. Maria Auſtriaca ejus ſoror cum Domino Ferdinando III. Imperatore.

21. Anna Auſtriaca Regina Auguſta Caroli III. Archiducis filia cum Domino Sigiſmundo III. Auguſto Poloniæ, ac Succiæ Rege.

22. Margarita Auſtriaca ejus ſoror Hiſpaniarum Regina cum Domino Rege Catholico Philippo III.

23. Maria Magdalena Auſtriaca ejus ſoror cum Domino Coſimo II. Medicæo, ac M. Etruriæ Duce.

24. Conſtantia Auſtriaca item ejus ſoror, ac Regina Auguſta cum præfato Domino Rege Sigiſmundo *III.* Polono, ac Sueco, extincta ſorore Anna.

25. Maria Anna Auſtriaca Vidua ſuperſtes, ac Electrix Bavara, filia Ferdinandi II. Imp. cum Domino avunculo ſuo Maximiliano Rheni Palatino.

26. Maria Leopoldina *A*uſtriaca Imperatrix filia Leopoldi V. *A*rchiducis, ac Comitis Tyrolis cum Domino patruele ſuo Ferdinando *III.* *I*mperatore.

27. Clara Jſabella *A*uſtriaca ejus ſoror cum Mantuæ Duce, ac ſummo S. R. I. armorum adverſus Gallos in ſtatu Mediolani præfecto, ſeu *I*mperiali Vicario Carolo *II.*

28. Maria *A*nna *A*uſtriaca Hiſpaniarum Regina, ac *I*mp. Ferd. *III.* filia cum Rege Catholico Philippo *IV.*

Hanc ipſammet ſeriem in quartæ priori Claſſe partis adeo apertè, ac plenè diſtinximus, & enucleavimus, ut rem in hac materia clariorem, & uberiorem nullus profectò optare poſſet; nè amplius per varios hiſtoricos in quamplurimis varios, & in pleriſque diſcordes, & oppoſitos veluti errabundus deſudaret.

Digitized by Google

SECTIO II.

De XXI. ordinibus, per, quos tot tantiſque ſanguinis ligamentis Familia Auſtriaca cum alijs ſtirpibus incredibili ſorte, ac ingenti incremento copulata eſt.

A fol. 24. uſque ad 37.

HOrtentius Pallavicius Jeſuita, millies à me tam in 1. quam in hoc 2. Gentilitio adductus, mihi profectò ex hac parte maximè gratus, & carus. Ipſe nanque in libro de Imperatoribus Auſtriæ ante eorum vitas 16. origines ordinatè, ac ſummariè appoſuit, & ad ſingula capita inſtar tituli Potentiſſima Regina Maria Anna Hiſpanica (cui ferè non ſolum opus illud percelebre totum conſecravit, verum etiam & ſingulas paginas, verſus, verba ipſum tantæ Heroinæ nomen infinities reſonantia) videri, & audiri voluit. At ego, relictis tot titulis, ſimpliciter origines tantum, ab eodem auctore collectas, nulla facta in ordine mutatione, tali modo hic reſcribam.

ORIGO I.

A Regibus Gothicis, Caſtellæ, ac Legionis.

SEverianus Dux Provinciæ Carthaginis. Vxor Theodora Regij Gothorum ſanguinis.

De S. Herm. ſcripſit D. Greg. M. lib. 3. cap. 31. Dialog.

Theodoſia Regina à Livua fratre in Regni conſortem adoptata, Vxor Leovigildi, qui poſt occiſum S. Hermenegildum filium, & martyrem, cuis feſtum celebrat Eccleſia Catholica ſingulis annis die Aprilis 13. obijt Catholicus anno 586.

RECAREDVS Gothus, & Hiſpaniarum Rex.

Galla, vel Agilanus frater Livuæ, & Suinthilæ Regum, & patruus Recimeri Regis.

Petrus Dux Cantabriæ.

Froilanus Dux Cantabriæ.

Veremundus I. Rex obijt anno 791.

Ranimirus I. Rex.

ALPHONSVS III. Magnus Rex.

Ordomius II. Rex.

Ranimirus II Rex Alphonſi IV. Regis frater.

Ordonius

Digitized by Google

Ordonius III. Rex.

Veremundus II. Podagricus Rex.

ALPHONSVS V. Rex.

Sanctia Regina 1038. cujus maritus Ferdinandus Magnus I. Rex Caſtellæ, filius *Sanctij* Magni Hiſpaniæ Imperatoris.

ALPHONSVS VI. Fortis Hiſpaniæ Imperator.

Vraca Regina, cui maritus Raimundus Comes Burgundiæ Regij generis.

ALPHONSVS VII. Rex renunciatus Imperator Hiſpan. 1135. obijt 1157.

Ferdinandus II. Rex Legionis.

ALPHONSVS IX. Rex Legionis, cui Vxor Berengaria filia major *Alphonſi VIII.* Regis Caſtellæ, & Legionis.

Ferdinandus III. Sanctius Rex Caſtellæ, & Legionis. Vxor Beatrix, filia Philippi Suevi Imp. obijt 1252.

ALPHONSVS X. Sapiens, & Aſtrologus electus Imp. ceſſit Imperij jure *Rudolpho I.* Magno Habsburgico Auſtriaco.

Sanctius IV. Rex.

ALPHONSVS XI. Rex.

Henricus II. Rex.

Joannes I. Rex.

Henricus III. Rex.

Joannes II. Rex.

ISABELLA Regina, Vxor *Ferdinandi* Catholici obijt 1504.

JOANNA Regina hæres Vxor Philippi I. Pulchri.

Ferdinandus I. Imperator.

Carolus III. Auſtriæ Archidux.

Ferdinandus II. Pius Imperator.

Ferdinandus III. Imperator, quiper ſex gradus derivatur ex materna origine ab Iſabella Regina, ut patet. Philippus vero IV. Rex Hiſpaniarum per quinque.

ORIGO II.

A Regibus Suprarbienſibus, & Aragoniæ.

EXiminus, ſive Ximenus Rex Aquitaniæ.

Innicus Ariſta Rex Suprarbienſis obijt 870.

Garſias Innicus Rex Suprarbienſis, cujus Vxor Vrraca filia ultimi Comitis Aragoniæ.

Sanctius

Sanctius Abarca I. Rex Aragoniæ obijt 993.

Garſias primus Abarca.

Sanctius II. Galindus.

Garſias II. Tremulus.

Sanctius Magnus, vel Major Hiſpaniæ Imperator.

Ranimirus I. Rex Aragoniæ, dictus *Chriſtianiſſimus*.

Sanctius IV. Rex Aragoniæ.

Ranimirus II. Monachus Rex Aragoniæ.

Petronilla Regina Aragoniæ, Vxor Berengarij Comitis Barcinonenſis.

ALPHONSVS II. Caſtus Rex Aragoniæ.

Petrus II. Catholicus.

Jacobus I. Expugnator.

Petrus III. Magnus, cujus Vxor Conſtantia neptis Friderici II. Imp. ex Manfredo Rege Siciliæ.

Jacobus II. Caſtus, cui frater Alphonſus III. Beneficus.

ALPHONSVS IV. Benignus.

Petrus IV. *Ceremonioſus*, cujus Vxor Eleonora, filia Petri Regis Siciliæ.

Eleonora Regina Vxor Joannis I. Regis Caſtellæ.

Ferdinandus I. *Honeſtus* Rex Aragoniæ.

Joannes II. Magnus Rex Aragoniæ, & Navarræ.

Ferdinandus II. Catholicus Rex Aragoniæ.

Joanna Vxor Philippi I. Auſtriaci. Et ſic deinceps, & ulterius uſque ad ſuperſtites Archiduces, Reges, Monarchas per gradus Genealogicos, quibus illos ſimul affinitatis cognoſcere poſſis.

ORIGO III.

A Regibus Navarræ, ſive Vaſconum.

GArſias Rex Navarræ Sanctij Magni filius occiſus 1053.

Sanctius Garſias.

Ramirus.

Garſias Ramiri.

Sanctius Sapiens.

BLANCA Regina Vxor Theobaldi Camitis Companiæ.

Henricus Craſſus.

Joanna Regina Vxor Philippi Pulchri Regis Galliæ.

Ludovicus Hutinus Rex Navarræ, & Galliæ.

Joanna Regina Vxor Philippi III. Regis Galliæ.

Carolus

Digitized by Google

Carolus II. Rex Navarræ.
Carolus III.
Blanca I. Vxor Joannis II. Regis Aragoniæ, & Navarræ.
Eleonora Vxor Caſtonis Foxij Comitis.
Anna Vxor Vladiſlai Hungariæ, & Bohemiæ Regis.
Anna Vxor Ferdinandi I. Imperatoris.
Carolus Archidux vel *Maximilianus II.* Imp. unde Anna Vxor Philippi II. Hiſpan. Regis; & ſic de ſingulis per Germaniam & Hiſpaniam.

ORIGO IV.

A Regibus Luſitaniæ, ſive Portugalliæ.

HEnricus, cujus Vxor Taraſia filia Alphonſi VI. Caſtellæ, Comes Portugalliæ.
ALPHONSVS I. Rex Portugalliæ obijt 1185.
Sanctius I. Rex.
ALPHONSVS II. Craſſus Rex.
ALPHONSVS III. Rex.
Dionyſius Rex.
Alphonſus IV. Ferox Rex.
Petrus Crudelis Rex.
Joannes I. Rex.
Eduardus Rex.
Ferdinandus Infans vel Eleonora Vxor Friderici IV. Imperatoris.

Emmanuel Rex.	Maximilianus I. Imper.
Iſabella Auguſta,	Philippus I. Rex Hiſpan.
Vxor Caroli V. Imp.	Ferdinandus I. Imper.
Philippus II. Monarcha, &c.	Carolus Archidux.
	Ferd. II. Imperator, &c.

ORIGO V.

Ab Henrico Aucupe Imp. Per Imperatores Saxoniæ, & Suevici ſanguinis.

HEnricus Auceps Saxo Imperator Obijt 935.
Otho Magnus Imperator obijt anno 973.
Ludolphus Dux Sueviæ ducta Itha filia Ducis Sueviæ.
Henricus.
Conradus I. Salicus Imperator.
Henricus III. Niger Imperator.

Henricus IV. Senior Imperator.
Agnes Vxor Friderici Ducis Sueviæ.
Fridericus Vnoculus Dux Sueviæ.
Fridericus I. Ænobarbus Imperator obijt 1190.
Philippus Dux Sueviæ Imperator.
Beatrix Vxor Ferdinandi Sancti Regis Caſtellæ.
Ab hac uſque ad ſuperſtites Auſtriæ Principes, ſive Germanos, ſive Hiſpanicos per 15. gradus ex eà parte; ex hac vero per 13. deſcenditur, uti ex ſuperiori origine à Regibus Caſtellæ demonſtratum eſt.

ORIGO VI.

A Carolo Magno, cujus ſtemma à Regibus Auſtraſiæ, & Francorum deducitur.

CArolus Magnus Rex Franciæ & Imperator obijt anno 1814.
Ludovicus Pius Imperator.
Ludovicus Senior Rex Germaniæ.
Carolomannus Rex Bavariæ, & Italiæ.
Arnulphus Imperator.
Luitgarda Vxor Othonis Magni Ducis Saxoniæ.
Henricus Auceps Imperator. A quo inter ſuperſtites Auſtriæ Archiduces Germaniæ, & Hiſpaniæ per 27. gradus illinc, iſthinc vero per 25. ſtemma Auſtriacum deſcendit, ut ex ſuperiori origine conſtat.

ORIGO VII.

Ab Hugone Capeto, aliiſque Capetinis Galliæ Regibus, quorum etiam ſtemma à Regibus *Auſtraſiæ, &* Francorum *deducitur.*

HVgo Magnus Pariſiorum, & Andium Comes, cujus Vxor Hedvvigis filia Henrici Aucupis Imper.
Hugo Capetus Rex Galliæ anno 996.
Robertus II. Rex.
Henricus I. Rex.
Philippus I. Rex.
Ludovicus VI. Rex.
Ludovicus VII. Rex.
Philippus II. Auguſtus Rex.
Ludovicus VIII. Rex.
S. Ludovicus IX. Rex.

Philippus

Digitized by Google

Philippus III. Audax Rex.
Carolus Comes Valeſius.
Philippus Valeſius Rex.
Joannes Valeſius Rex.
Philippus Valeſius Dux Burgundiæ obijt 1404.

Ab hoc per Mariam, Maximiliani I. Auſtriaci Imperatoris Vxorem hæredem Burgundici Ducatus, ad præſentem Regem Vngariæ, & Bohemiæ (qui, Deo dante, poſt dies aliquot, Rex Romanorũ Francofordiæ ſalutabitur) per novem gradus (ad ſuperſtitem Hiſpaniarum Regem per ſeptem) tum in paterno ordine, tum in materno deſcenditur, ut ex ſuperioribus manifeſtum omnino eſt.

Scribebat hæc auctor 30. Iulij die S. Marthæ.

ORIGO VIII.

A Regibus Burgundiæ.

HVgo Abbas, & Dux Andegavenſis, oriundus à Pharamundo 1. Francorum Rege.
Conradus Comes minoris Burgundiæ.
Rudolphus I. Rex Burgundiæ obijt 911.
Rudolphus II. Rex Burgundiæ *Beatus*.
Conradus Rex Burgundiæ.
Gerburga Vxor Hermanni II. Ducis Alemaniæ.
Giſela Vxor Conradi II. Imper.

Ab hoc Rex Vngariæ & Bohemiæ 20. gradibus, rex vero Philippus IV. 18. per Beatricem filiam Philippi Imp. & Vxorem S. Ferdinandi Caſtellæ regis tum in materno, tum in paterno ordine ſeiungitur.

ORIGO IX.

A Saxonicis Angliæ Regibus.

EGebertus rex Angliæ 1. obijt anno 801.
Edelfus rex.
Alardus rex.
Eduardus Senior rex.
Admundus rex.
Edgitha Vxor Othonis I. Imperatoris.

A quo 26. gradibus rex Vngarus ac Bohemus diſtat, 24. vero rex Hiſpanicus in utroque ordine præfato, ut ſuperiora indigitant.

ORIGO X.

A Normannicis Angliæ Regibus.

Digitized by Google

GVilelmus Dux Normanniæ, & Rex Angliæ 1067.
Henricus I. Rex.
Mithilda.
Henricus II. Rex, cujus Vxor Eleonora, filia & hæres Guilelmi Ducis Aquitaniæ, & Pictonum.
Joannes Rex.
Henricus III. Rex.
Eduardus I. Rex.
Eduardus *II.* Rex.
Eduardus III. Rex.
Joannes Dux Lancaſtriæ.
Catharina Vxor Henrici III. Regis Caſtellæ, à quo ad ſuperſtitem hæredem Auſtriacum in Teutonia 8. gradus, ad illum vero Hiſpaniæ 6. recenſentur in utroque ordine. Alia duplex origo ab his Regibus eſt per Alphonſum X. Regem Caſtellæ, & per Philippam Vxorem Joannis I. Regis Portugalliæ.

ORIGO XI. Duplex.

Ab Imperatoribus Græcis Conſtantinopolitanis.

ISaacius Comnenus Imper. anno 1057.
Alexius Comnenus.
Teodora Vxor Conſtantini Angeli.
Ardonicus Angelus.
Iſaacius Angelus.
Jrene Vxor Philippi Suevi Imperatoris.

Beatrix Vxor Ferdinandi S. Regis Caſtellæ.	Cunigundis Vxor Wenceslai Othocari Regis Bohemiæ.

A Beatrice ſunt, tum in paterno, tum in materno genere 15. gradus pro Germania, 13. pro Hiſpania. A Cunigunde in paterno 13. in materno 14. & duo minus utroque modo ad Regem Hiſpanum, ut partim ex ſuperioribus manifeſtum eſt, partim erit ex ijs, quæ conſequuntur.

ORIGO XII.

Ab Othone III. Magno Wittelſpachio, à quo ſerie nunquam interrupta Ortundi ſunt Duces, qui modo piiſſimè, & feliciſſimè in Boiaria rerum potiuntur.

OTho III. Cognomento Magnus Wittelſpachius Leoni, exauthorato à Friderico Cſare Ænobarbo, ſuffectus obijt 1183. & inter Boiariæ Duces 46. numeratur.
Ludovicus IV.
Otho IV.

Ludovicus

Ludovicus V. Severus.

Ludovicus VI. inter Boiariæ Duces, inter Imperatores V. vel ut alijs placet IV.

Stephanus.

Joannes.

Erneſtus.

Albertus Pius.

Albertus Sapiens.

Wilhelmus Conſtans.

Albertus Magnanimus.

Maria Vxor Caroli Archiducis Auſtriæ,

Leopoldi Franciſci Vngariæ, & Bohemiæ Regis Proavia. Alia eſt etiam origo ex Maria Anna Avia Auguſta, filia Wilhelmi Religioſi, & Alberti Magnanimi nepte, Vxore Ferdinandi II. Imper. Auſtriaci.

ORIGO XIII.

A Regibus Hungariæ, & Bohemiæ.

Bela 1. Rex Hungariæ anno 1067.
Geiſa I. Magnus
Almus.
Bela II.
Bela *III.*
Andreas II.
Bela IV.
Stephanus V.
Maria hæres Regni, Vxor Caroli *II.* Regis Siciliæ.
Carolus Martellus.
Carobertus *R*ex Hungariæ, cujus Vxor Eliſabetha.

Mieſco Dux Poloniæ 969.
Boleslaus II. Rex 1. Poloniæ.
Mieſco II.
Caſimirus I.
Vladislaus I.
Boleslaus *III.*
Caſimirus *II.*
Conradus Dux Maſſoviæ.
Caſimirus Dux Siradiæ.
Vladislaus *II.* Cubitalis Rex Poloniæ.
Caſimirus *III.* Magnus *R*ex Poloniæ.
Eliſabetha Vxor Caroberti *R*egis Hungariæ.

Ludovicus Rex Vngariæ & Pol. obijt 1382.
Hedvvigis Vxor Jagellonis Ladislai *R*. Polon.
Caſimirus IV. *R*ex Poloniæ.
Vladislaus *R*ex Vngar. & Bohemiæ.
Anna Vxor Ferdinandi *I.* Imper.
Ferdinandus *III.* *I*mperator.
Leopoldus Franciſcus *R*ex Vngar. & Bohem.

Eandem originem in materno ordine per Annam Maximiliani *II.* filiam, & Philippi *III.* matrem, ac Leopoldi Franciſci præfati Proaviam habebis.

Digitized by Google

ORIGO XIV.

A Regibus Bohemiæ

Bretislaus Princeps Bohemiæ.
Vratislaus I. Rex Bohemiæ.
Vladislaus Princeps.
Vladislaus *II.* Rex.
Primislaus Othocarus.
Wincislaus Othocarus Rex, maritus Cunigundis, Imperatoris Philippi filiæ.
Othocarus Rex.
Winceslaus Senior Rex.
Eliſabetha Vxor Ioannis *R*egis.
Carolus IV. *I*mperator & *R*ex.
Sigiſmundus *I*mperator, & *R*ex.
Eliſabetha Vxor Alberti *II.* Auſtriaci *I*mperatoris.
Eliſabetha Auſtriaca Regina, Vxor Caſimiri Regis Poloniæ filia Alberti II. Cæſaris.
Vladislaus Rex Hungariæ & Bohemiæ.
Anna Vxor Ferdinandi I. Imperatoris.
Carolus Archidux Auſtriæ.
Ferdinandus II. Imperator.
Ferdinandus III. Imperator.
Leopoldus Franciſcus Rex Vngariæ, & Bohemiæ.
Eandem originem invenies in materno ordine, ut in ſuperiori ſchemate.

ORIGO Poſtrema.

A Burgundiæ Ducibus.

Philippus Valeſius Dux Burgundiæ obijt 1404.
Joannes Intrepidus.
Philippus Bonus.
Carolus Audax.
Maria Vxor Maximiliani I. Imp. Auſtriaci.
Philippus I. Pulcher Hiſpaniæ Monarcha.
Carolus Archidux Auſtriæ.
Ferdinandus II. Imperator.
Ferdinandus III. Imperator Inviƈtiſſimus.
Leopoldus Franciſcus Rex Hungariæ, & Bohemiæ, ac Romanorum proximus.

Digitized by Google

In materno ordine eadem origo per Carolum V. ad Leopoldum Franciſcum, triplici diademate decorandum traducitur, & per Annam Maximiliani *II.* Cæſaris filiam. Hactenus Pallavicinus.

SECTIO III.

AC TOTIVS

GENTILITIJ II. VLTIMA.

De gradibus Conjunctionum legalium, quas contraxerunt Principes Auſtrij cum alijs Europæ familijs.

LIberalitas Jeſuitica, ingenti penu, ac immenſo doctrinæ, & religionis erario potens & locuples, ne dum humana prudentia, ac temporanea facultate, ut merito magis, in dies florens, utrique *I*mperio, Eccleſiaſtico, ac Seculari grata ſit & cara (ſecus hodierna fraternitas, quæ partim monachatum, partim presbiteratum profitetur) poſt ſuum Pallavicinum, Gans quoque ſuum mihi in præſentibus quam libentiſſimè exhibet. Et quidem, ut verum fatear, multa cum luculentia, & arte arbores 4. poſtremas, & ad rem noſtram valde concinnas, nempè 10. 11. 12. 13. auctor hic cum antecedentibus adinvenit, ſculpi fecit, cartis planctavit, luci expoſuit, ingenioſiſque Chronologiſtis, & Genealogiſtis, Orbe toto applaudente, ſuis cum annotationibus donavit, in quibus facilè ſervatis regulis communibus, (ut ipſemet in præfat. ad lectorem advertit) de recta & tranſverſa Linea *quod* nimirum *tot inter ſe in hanc diſtent gradibus, quot is qui maxima à communi ſtipite, & in ea quot quiſque ab altero diſtat*) daprehendet. Arbor 10. ita ab eo intitulatur.

Regum & Archiducum Auſtriæ proxima ſanguinis conjunctio cum Imper. Ferdinando III. moderno.

EXplicat deinde his verbis. Præcedentibus arboribus primam, quantum invenire potui, Regum ac Principum ſanguinis conjunctionem cum Rudolphi *I. I*mp. poſteris declaravi. Hiſce quotuor proximam eorumdem cum Ferdinando *III. I*mperatore moderno conſanguini-

ſanguinitatem ſecundum *Juris Canonici* computationem exhibeo, atque eam, ut ſuperius notatum eſt, per Albertum II.

Quantum verò ad X. arborem attinet Auſtriaci ipſi luce non indigent, cum in hoc eadem ſit cum *prima*. Rex Poloniæ cum fratribus in *quinta* explicatus. AVGVSTA in *ſeptima*. Regi Galliæ & Reginis ſororibus, uti Auguſtæ, communis ſtipes cum Imperatore Ferdinando III. *Ferdinandus I.* & *Anna*. Regibus vero Angliæ, & Daniæ communis ſtipes *Caſimirus*, & *Eliſabetha*; ut potè quorum filia Anna Buslavo X. Pomeraniæ Duci (de quo in *tertia* arbore) nupta, Sophiam Chriſtiani IV. Regis Daniæ proaviam, & Caroli Regis Angliæ abaviam genuit. Sueciæ Principiſſa cum Electoris Brand. filio in eodem gradu, ut pote ſororis filia. Titulus XI. Arboris eſt hujuſmodi.

Electoralium familiarum proxima Conſanguinitas cum Imperatore Ferdinando III.

BAvariæ Electori, & fratribus communis ſtipes cum Imperatore *Anna*, & *Ferdinandus* primus. Filia enim horũ Anna ex *Alberto* parentes eorum progenuit. Sic etiam ſoror hujus *Maria* ex Wilhelmo Clivenſi avias Electoris Saxoniæ & Brandeburgenſis, ac Ducum Neoburgi & Biponti: *Maria Leonora* Conjux Albertus Dux Boruſſiæ ex Magiſtro ordinis Teutonici. Heydelbergenſis & aliorum communis ſtipes *Eliſabeth*, & *Caſimirus* ob filiam Sophiam, quæ ex Friderico V. Brandeburgenſi Marchione Caſimirum, & Sophiam genuit: ille pater *Mariæ* Conjugis Friderici Electoris Palatini, proavi Friderici V. & avi Coburgenſium, & Weinmarienſium: ſoror Sophia *Friderico* Duci Lignicenſi, & Brig. elocata, mater facta *Georgij*, & *Sophiæ* conjugis Joannis Georgij Electoris Brandeburg. atque avia Chriſtiani Wilhelmi, ac Barbaræ matris Ducis Wirtenbergici. Arbor 12. habet hoc argumentum.

Aliorum Imperij Principum Germanorum proxima conjunctio cum Imperatore Ferd. III.

LVneburgij, Onſpachenſes, & Anhaltini communem ſtipitem habent Albertum II. Imperatorem; hujus enim filia Anna Vxor data Wilhelmo Saxoniæ Duci, qui oblatum Bohemiæ Regnum Georgio Podiebratio ceſſit, & pater ex hac factus *Margaritæ*, quæ Joanni Marchioni Brandeb. *Ciceroni Germanico* nominato nupta, ex eo genuit *Vrſulam* Henrici, & VVilhelmi ex Henrico Pacifico Duce Megapolenſi aviam. Frater hujus *Joachimus I.* Elector Brandeb. pater fuit Margarithæ, quæ poſt primi mariti Georgij Ducis Pomeraniæ obitum Joanni Principi Anhaltino nupſit, & ex eo Joachimum Erneſtum ſtemmatis propagatorem genuit: ac

Eliſabeaham

Digitized by Google

Eliſabetham III. conjugem Joannis Georgij Elector. Brand. Chriſtiani Onſpachenſis matrem.

Duces Pomeraniæ, Lavenburgi, & Brunſ. in *Eliſa* & *Caſimiro* conveniunt. Filia *Anna* ex Buslavo X. Pomeranos propagavit: filius *Sigiſmundus Hedvvigem* Joachimi II. Elect. Brandeb. conjugem genuit: Hedvvigis item matrem, & Lavenburgenſium, & Brunſuicenſium ex Julio aviam.

Mechelburgij, Durlachius, Haſſi, & Leuchtenbergius communem quoque cum modernis Auſtriacis ſtipitem habent *Eliſabetham*, & *Caſimirum*. *Sophia* filia ex Friderico V. Marchione Brandeb. 1. *Eliſabetham* genuit, Erneſti Durlachij Conjugem, & Friderici abaviam. Secundo Georgium pium, qui ex Hedvvige filia Caroli Ducis VVirtenbergij genuit, conjugem, & matrem Sabinæ, aviæ Othonis Haſſi: item Sabinam Joannis Georgij Electoris 2. Vxorem, parentem Magdalenæ, Georgij Haſſi matris. Tertia *Sophiæ* proles Albertus, ex Friderici I. Daniæ Regis filia Dorotea, Sophiam genuit Megapolenſium aviam. Quarta *Barbara* Georgij Leuchtenbergij Conjux, modernorum proavia fuit. Propoſitio vltimæ arboris.

Marchionis Badenſis,
Et exterorum Principum proxima conjunctio cum Imp. Ferdinando III.

COmmunis Sabaudiæ, Mantuæ, Mutinæ, & Parmæ cum Imperatore *Philippus I.* Rex Hiſpaniarum: Hujus enim ex Philippo II. proneptis *Catharina* Carolo Emmanueli modernos Sabaudos genuit, & cognominem *Catharinam* Mantuanorum, & Mutinenſium matrem.

Parmenſis aviam habet *Margaritam* Caroli V. filiam. Poni hic potuiſſet in I. arbore, verum in ea viventes tantum hodie Auſtriacos, & defunctos maſculos exhibere melius fuit; ideoque cum prior nexus non inveniatur, hic ponendus erat. Familiam hanc Platina è Germania oriundam putat; Annius verò in itinerario Antonini Tuſcanam arbitratur, ut dictum eſt. Inclareſcere primum cæpit tempore Conradi, & Henrici Imperatoris; cum enim hic bellum moveret Pontifici circa 1080. annum, Petrus Farneſius Senior collectis copijs ipſum Orvieto ejecit.

Magnus Dux Etruriæ cum Ferdinando III. moderno Imp. communem avum habet Carolum Archiducem Auſtriæ: *Duciſſa Lotharingia* ex Margarita Auguſta ſorore genita communem habet ſtipitem Ferdinanpum I. Imper. *Dux* vero *Conjux* aviam habet Chriſtianam progenitam à Chriſtierno Rege Daniæ, & Iſabella filia Philippi I. Regis Hiſpaniarum Communis ſtipitis.

Deductio quadruplex, explicans ſigillatim omnes affinitatis gradus.

IAm ſi communes duas in conſanguinitatis gradibus *Juris* Canonici regulas obſerves, rectæ ſcilicet *Lineæ* tot eſſe gradus quot generationes, & *tranſverſa*, quod tot à ſe invicem gradibus diſtent, quot is, qui maximè diſtet à communi ſtipite: Sit ergo

Theſis I.

IMperator Ferdinandus III. & frater Leopoldus VVilhelmus, & ſorores Maria Anna, & Cæcilia renata in *primo gradu*.

Princeps Vngariæ, & Bohemiæ Ferdinandus Franciſcus Franciſcus in *primo*.

Rex Hiſpaniarum Philippus IV. in *ſecundo*.
Rex Galliæ Ludovicus XIII. in *tertio*.
Rex Angliæ Carolus in *ſexto*.
Rex Poloniæ Ladislaus & fratres, & ſoror in *ſecundo*.
Rex Daniæ Chriſtianus IV. in *quinto*.
Imperatrix Leonora in *tertio*.
Imperatrix Maria in *ſecundo*.
Regina Hiſpaniarum Iſabella in *tertio*.
Regina Galliæ Anna Maria in *ſecundo*.
Regina Angliæ Henrica Maria in *tertio*.
Chriſtina Regina Sueciæ in *quinto*.
Archiduces Auſtriæ, & Comites Tyrolis in *ſecundo*.

Theſis II.

ELector Bavariæ Maximilianus in *tertio*.

Elector Coloniæ Ferdinandus frater in eodem, uti & tertius Albertus, atque Epiſcopus Oſnaburgenſis cum fratribus Maximiliano Jeſuita, & Ferdinando Comite.

Elector Saxoniæ Joannes Georgius, & Brandeburgicus in *quarto*.
Heydelbergenſes in *ſeptimo*.
Duces Wimarienſes Fridericus, & Joannes in *quinto*.
Duces Coburgi Ioannes Caſimirus, & fratres in *quinto*.
Duces VVirtenbergenſes in *ſexto*, & Mater in *quinto*.
Duces Lignicenſes, & Brig in *quinto*.
Dux Neoburg. VVolfgangus VVilhelmus in *tertio*.
Dux Bipontinus Ioannes in *tertio*.

Theſis III.

DUx Brunſu. Fridericus Vlricus in *quinto*.
Dux Lavenburg Franciſcus Carolus in *quinto*.

Anna

Digitized by Google

Anna Buglavi filia nupta Erneſto Duci Croiano, & Arſchottano, eique filium peperit unicum hæredem cognatum in *ſexto* cum Imperatore.

Dux Danneburg. Henr. Aug. in *ſeptimo*, & in ſimili Duces Luneburg. nepotes VVilhelmi.

Marchio Onſpach. & Beryti in *ſeptimo*.

Analtini in ſimili.

Dux Mecheburg Adolphus in *quinto*.

Marchio Durlacenſis in *quinto*.

Landgravij Haſſiæ Mauritius, & Georgius in *quinto*.

Landgravius Leuchtenberg Georgius Fridericus in *quinto*.

Theſis IV.

MAgnus Dux Florentiæ Ferdinandus in *ſecundo*.

Dux Sabaudiæ Thomas in *quarto*.

Dux Lotharingiæ in *quinto*, & Duciſſa in *quarto*.

Dux Mantuæ Franciſcus, & Ludovicus in *quinto*.

Dux Mutinæ in *quarto*.

Dux Parmæ Alexandri filius in *quarto*.

Marchio Badenſis Ferdinandus Maximilianus in *ſeptimo*.

GENTILITIJ TOTIVS CONCLVSIO.

In qua demum arcana quædam admiranda, egregijs Principum Auſtriæ prærogativis contecta, in medium afferuntur.

DIgnum profectò diem Dei providentia ad finem ingentis laboris hujus deſtinavit. Illum nimirum, in quo Sancta Mater Eccleſia Catholica Romana nobiliſſimæ, ac D. Virginis Marthæ, Chriſti inſtar vitę activæ ſymboli primigeniæ, ac hoſpitatricis acta quolibet anno 29. Iulij commemorat. Illius, inquam, Marthæ, ſanguine Claræ, ſed Domini Servatoris hoſpitio clarioris, quæ à Iudæis comprenſa poſt Verbi hominis aſcenſum in Cœlum, in navem cum alijs ſine velo, ac remigio imponitur, vaſtiſſimoque mari ad certum naufragium committitur; ſed navis, Deo gubernante, ſalvis omnibus Maſſiliam appulſa eſt. Haud ſecus ipſe, magnam navim, Auſtriacorum rerum onuſtam, intra hoſce horridos Oenipontí montes ad huc mancipatus aſcendens, & non aliunde quam à mea amanti voluntate coactus (& non abſque evidenti naufragandi diſcrimine propter ingenioli mei tenuitatem, tam immenſum, ac tam profundum pelagus tutò pertranſeundi inſireti) tuli mecum tot utriuſque Vide in Brev. Rom. Iulij. 29.

Digitized by Google

ſexus Principes Auſtriacos, quot innumeris Conjugijs addictos littori exponere, ac ſine ulla mercede Mundo tradere in hoc 11. Gentilitio promiſeram. Velum mihi, & remigium ferè nullum, Eulus undique adverſus & frequenter, gurgites monſtroſæ, nunc uſque ad ſidera elatæ, nunc uſque ad abyſſum, terrificis rugitibus circumrotando, atque innumeras, ingentesque cavernas hinc inde aperiendo, deductæ, & tamen, Deo ita ordinante, qui ad Leonum formidinem ſuos ſcit animare vermiculos, devictis omnibus, quin & me ipſum, in meammet ſanitatem valde crudelem, ſalvus, & incolumis ad portum perveni, immenſumque matrimoniorum Auſtriacorum theſaurum cum omnibus ſuis Principibus ad finem, & poſt ærumnoſum iter perduxi.

Et quidem tantam Conjugiorum Auſtriæ Proſapiæ collectionem qui theſaurum valde egregium minimè dixerit, longe ſanè à tramite veritatis aberraverit. Si quidem nihil in uno quoque eorum invenitur, quod memorabile non ſit, ac multo prætio dignum. Verum quia inter innumera Principum Auſtriæ munera, ſive è Superis, ſive ab indole, & à virtute derivantia ab ijſdem matrimonijs vel intelliguntur, vel colliguntur, nonnulla arcana, ſive prærogativæ, quæ paucis elapſis diebus reperi, venire poſſunt: rem profecto plurimum gratam Legentibus efficere haud dubitavi, ſi ea ad eorumdem conjugiorum concluſionem, & finem annecterem.

I. Arcanum. Annorum curricula (ut hinc exordiar) egregijs ſtirpibus nonniſi communiter uſque ad ſextam generationem. Ex eventibus compertum, adeo regulariter congruere has periodos in hiſtorijs, ut etiam Romæ aliquando Sexto Pontifici idem ſignificatum ſit, non propagari ultra ſextum gradum felicitatem, hoc verſiculo:

Vide Mail. Onuphr. apud eundem, & alios multos.

Sextus Tarquinius, ſextus Nero, ſextus & hic eſt:
Semper ſub ſextis Martia Roma perit.

At ex conſcriptis omnibus Auſtriacæ familiæ Matrimonijs, quibus tam longis temporum, ac ſæculorum intervallis benedicta ejus ſoboles propagata agnoſcitur, ex quodam divinæ clementiæ arcano extraordinariam hanc prærogativam eveniſſe, profitendum omnino eſt.

Leonicus lib. 1. cap. 54.

II. Arcanum. Quinimò pleræque familiæ illuſtres ſingulares formæ corporum, virtutes, & vitia quaſi familiaria habent, ut quaſi ſanguini, membris, dentibus, crinibus inhereant multa, multique hæreditarijs morborum, & mortis generibus extinquantur, ac caſibus ijſdem ſubiciantur. Ita enim eodem die Joannem Fridericum Electorem, & filium Fridericum Ducem Saxoniæ, quamvis diverſis annis, cuſtodiæ traditos, & Mauritium, & Chriſtianum Saxoniæ Duces & Electores eodem ætatis, & gubernationis penè anno vitam finiſſe, referunt nonnulli. Quæ verò familiaria Orbis totus è ſuis ferè incanabulis potius in bonum, quam in malum augurium expertus eſt in Auſtrijs Principibus, quæ eorum propenſiones, indoles, proprietates multas ad virtutes hæroicas, & Chriſtianas, quas ſingulatim ſuo loco ſcribere

cura-

Digitized by Google

eutabimus, paucas verò ad vitia, ex hiſce etiam matrimonijs cognoſci ad ſufficientiam poteſt. Quod certè ſingularis hujus Domus prærogativa dicenda eſt.

Ita quoq; plurimæ familiæ peculiares ſuos habent affectus, veluti apud Romanos *Appij* truces, ſuperbi, & adverſarij plebis. *Aſinij* Feroces, *Bruti* conſtantes. *Hortenſij* eloquentes. *Lelij* hilares. *Manlij* Severi, & duri. Publicolæ, ſive *Valerij* benigni, & Populares. *Scipiones* ambitioſi, & bellicoſi habiti. *Piccart. Decad. 6. obſerv. hiſt. cap.* 10. Hoping. de jure Inſign. cap. 18. num. 106. De Albanorum familia eam glaucam oculis eſſe, ſive pictam habere pupillam, adeo ut nocte plus quam die cernat *Solin. rer. memor.* cap. 20. Comites de Habsburg ab utero matris ſuæ Crucem auream, ſeu pilos candidos in modum Crucis aureæ protractos in dorſo exhibere, refert *Felix Faber Hiſtor. Suev. lib. 1. cap. 15. Camer. cent. 3. cap. 42. & alij.* Ita etiam Auſtriæ Archiduces natura nota exteriori inſignes & primo ſtatim aſpectu nobiles reddidit, dum naſcuntur mento oblongiore prominentioreque, non tamen indecenti, ſed cujus forma vultum Principis gravi quadã majeſtate decoret, intuentibuſq; reverentiam conciter, eaque tam genuina his Principibus à proavis atavisque nota eſt, ut præter maſculos ferè omnes etiam fœminæ plurimæ hoc inſigniantur. Eſt autem hujuſmodi mentum oblongius pij, placidi, honeſtantis, & minimè turbati animi indicium, ſicuti docet poſt Ariſtot. Palemon, & plurimi alij. Vnde quoque in hac Auſtriaca familia nullum inventum fuiſſe Tyrannnm vulgò peribetur, & notant multi; & ex jactis conjugijs maximè apparet. Hinc Politicus quidam, ac Statiſta, Princepſque Confeſſionis Auguſtanæ percelebris, etſi non fidei Romanæ, ſaltem bonus veritatis humanæ amicus meritò pronunciavit *Domum Auſtriacam nullam villam, ne dum dominium ali quod ſine bono juris titulo poſſidere.* Id quod fuſe demonſtrandum in ſequenti Gentilitio.

Qui Appij, Aſinij. Bruti. Hortenſij. Lelij. Manlij. Valerij. Scipiones. Albanorum familia. Comites de Habsburg. III. *Arcanum.* IV. *Arcanum.* Nullus ex familia Auſtriaca Tyrannus.

De hac quoque familia ſæpè probatum & notorium eſſe perhibetur, quod dum quis balbutiens, vel impeditioris linguæ eſt, ſi ab Auſtriacorum Principum abſque ullo alio ſuffragio oſculum acceperit, efficaciam loquendi diſertiſſimè, ætati ſuæ congruum, mox patenter obtineat. *Felix Faber lib. 1. cap. 15. fol. 175. & alij.*

V. *Arcanum.*

Sic quoque Galliæ Regibus, legitimè ſuccedentibus, & ceremonijs receptis coronatis divino quaſi privilegio datum eſt, ut ſi morbo chæradum ſive ſtrumarum, ſeu grandularum induratarum infectorum manu ante ſe procumbentium guttur ordine in formam Crucis tetigerit Rex, verbis aliquot certis recitatis, *Tangit te Rex, ſanet te Deus*, valetudinem recuperent. *Joannes Tilius, & alij communiter*, imò & diuturnum experimentum.

Reges Galliæ ſanant tactu morbum ſtrumarum.

Idem de Comitibus de Habsburg quod hoc donum habeant, ut qui-

Digitized by Google

Idem privil. Com. de Habs. conceſſum.

cunque ſtrumoſus, aut gutture globoſus de manu alicujus Comitis de Habſburg potum acceperit, mox ſanum, aptum, & gracile guttur reportet. *Felix Faber cap. 15. fol. 171. & alij cum eo.* De alijs naturalibus, Gentilitijs gentium illuſtrium familiarum, ac perſonarum ſingularium, ſignis, cicatricibus, ſtigmatibus, alijſque ſimilibus notis vide late Hoping. cap. 8. per totum.

VII. *Arcanum.*

Plurima Sereniſſimæ huic familiæ à natura, atque à Deo maximè ſunt conceſſa dona inſignia, quæ refert Limmæus D. cap. 2. num. 3. Hoping. de jure Inſig. & alij. Eaque huic familiæ fuit felicitas, ut inter 15. annorum ſpacium omnibus in Orbe Chriſtiano regnis medijs matrimonijs vel Reges, vel Reginas dederit; excepta Scotia. Caſp. Enſ. theſaur. pol. lib. 1. apotele. ſmi 6. Limm. d. c. 2. n. 4. Res certè & inter admirandas eſt, ait Lipſius ex una Auſtria aurea ſtirpe 10. Imperatores intra 300. circiter annos (*hodie 14. & quamcitius 15. quorum quinque infra 84. annorum ſpacium*) Orbi Chriſtiano effulſiſſe, idque ſanguinis, & natalium ſerie ſine alio adoptionis fulcro. Quid in omni retro Principum claſſe ſimile? duo, tres in una domo & vix fuerunt? In prima ipſa Julij nec ultra ſextum etiam adoptio propagavit. Iterum dico mirabile, & quid niſi à Deo tacita vox & teſtimonium ortam hanc familiam & dominam è Cœlo in terras eſſe ad Imperia terrarum? Revolvas annales veteres quoſvis, & Genealogias Principum Chriſtianorum omnium examines licet, haud puto in una ſtirpe reperies tot ſublimia Imperia, tot diademata, & Sceptra, atque in hac una, quam ſcribit Ioannes Cuſpinianus ex Habsburgenſium unica familia prodijſſe 57. maſculos Principes (hodie multo plures) vel Cæſares, vel Reges, vel Archiduces, Duces, aut Comites. De eadem familia Auſtriaca ſunt verſus Guntheri Ligurini.

In præf. de magnit. Rom. pag. 5.

VIII. *Arcanum.*

IX. *Arcanum.*

O vere famoſa Domus, cui totus ab ortu
Solis ad occiduas Mundus ſuſternitur auras.
Quam qui novit amat, qui non novere, verentur,
Cujus in auditu confuſis mentibus hoſtes
Tabeſcunt, contraque nihil ſe poſſe fatentur.

Ipſe natus & educatus tantæ Domui ſubditus tum in ſtatu ſeculari, & clericali, tum etiam regulari in ſtrictiori S. P. F. obſervantia, ei cum fidelitatis juridica promiſſione triplicem quoque amorem juxta ternum illum ſtatum ſimul & juravi. Attamen, ut verum fatear, totus iſte amor tanto intra mea præcordia excandvit (haud ex 8. annorum in hac aula ſervitute) ſed ex preſenti ſcriptitatione, per quam neceſſario nativitates, geſta, obitus omnium utriuſque ſexus Principum Auſtriæ diligenter apud varios ſcriptores atque attentè percurrere debui, quod multoties compunctus flevi ſuper

innume-

Digitized by Google

innumeris pietatis geſtis, ac maximè ſuper eorum obitibus, admiranda Fidei, & Religionis conſtantia, & Chriſtianiſſimis exemplis exornatis, ac munitis, & fere in omnibus univerſim. Reperi pleroſque eorum fama ſanctitatis extinctos, & licet eorum nullus ex virili genere non dum ab Eccleſia Romana inter Divos relatus ſit, quemadmodum actum eſt cum haud paucis illuſtriũ familiarum, dicam tamen, id fortè imperſcrutabilem ſummi Numinis mentem, judiciumq; effeciſſe cum ſobole Auſtriaca reſpectu aliarum, quod SS. Patres ferunt de Sanctiſſimo Chriſti Precurſore. Nam ſicuti multi alij Sancti, ipſimet longè inferiores admiranda innumeraque miracula fecerunt, nullum verò Præcurſor, etſi minimum, eo quia tota ejus vita nonniſi continuum prodigium, ac miraculum extiterit, eodemque modo in genere authenticæ Sanctitatis aliquo pacto philoſophari licebit juxta rem noſtram. Expedit fortè magis, ac magis ſupernæ Providentiæ propter utriuſque Monarchiæ, Eccleſiaſticæ nimirum, & ſecularis in Orthodoxa fide bonum, ut tota Auſtria progenies ejus Principum omnium conſtanti Pietate, & Religione, regimine ſemper juridico, & ab omni violentia, unde ſæpenumero ſanguineæ tragediæ exoriũtur, alieno canonizetur, ac ſic ab Orbe toto continua ſollemnitate celebraretur, quam ſi plurimi in ea Sancti canonizati eſſent, uti in alijs Sereniſſimis ſtirpibus varijs temporibus aliqui extiterunt. Proſapiæ, quæ Divos Sanctorum Catalogo Eccleſiæ inſervere, Soles aliquot multa cum admiratione Religionis Cœlo procreaverunt; at hi Soles umbras illas, quas nonnullæ earũ vel per tyrannidem, vel ad minus per aliquas dũtaxat ſuſpiciones de credulitate, vel parũ vel tepidè Catholica contraxere, nunquam in totum diſſipare valuerunt, etſi ingentem ipſis communicaverint claritudinem. Verum ſtirps Auſtriaca adeo lucida eſt Orbi Chriſtiano, & Eccleſiæ Romanæ, ut neque ſimilis macula etiam perleviſſima ejus ſplendorem adhuc tantillum offuſcarit. Itaque tuta conſcientia tota ſancta ex hac parte dici poteſt, quamvis non dum ex ea Sanctus aliquis declaratus à Summis Pontificibus extiterit.

X. *Arcanum*, & nondum ab aliquo inſpectũ.

FINIS
Partis Quartæ, & Quintæ.

Nec non & totius II. Gentilitij, cui de jure & III. debetur, in quo agendum

De Legitima rerum temporalium Copia.

Verum collector aulæ valedicendi, ac de colligendis ſuis farcinulis valdè cupidus, *Alpha*, & *Omegha*, ac ſimul *Ibi*, & *Vbi* recordatur. Ibi enim, quæſito omnium bonorum Principio, Vbi vera ſunt gaudia, quibus ultimus electorum Finis Deus ſicuti eſt videbitur, quamcitius redire contendit.

Digitized by Google

Copia Authentica, ſive Exemplar Patentium S. C. M. Literarum pro Electione Epiſcopi Almiſienſis.

NOs FERDINANDVS Tertius Dei gratia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, &c. Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque, &c. Rex. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, & Goritiæ, &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod nos inducti meritis & virtutibus, morumque honeſtate, ac cæteris animi dotibus, fidelis noſtri Religioſi Patris Didaci Tafuri Lequilenſis, Reformationis S. Franciſci in Provincia S. Nicolai Regni Neapolitani, Theologi Sereniſſimi Archiducis Auſtriæ Ferdinandi Caroli Tyrolenſis, Patruelis noſtri dilectiſſimi, &c. Concionatoris & Hiſtorici Aulici, quibus ipſum divinitus præditum eſſe, ex fide digna certorum fidelium noſtrorũ relatione cognovimus. Eundem itaque tanquam perſonam idoneam & benemeritam ad Epiſcopatum Eccleſiæ Almiſienſis, ſub Archiepiſcopatu Spalatenſi exiſtentem, per translationem, fidelis noſtri Rever. Fratris Petri Cacith, alias electi Epiſcopi eiuſdem Eccleſiæ Almiſienſis, ad Coadjutoratum Eccleſiæ Macarienſis de facto vacantem, Authoritate Juris patronatus noſtri Regij, quod generaliter in conferendis univerſis, prædicti Regni noſtri Hungariæ, partiumque ei ſubjectarum Eccleſijs & beneficijs, inſtar Divorum quondam Hungariæ Regum, Prædeceſſorum noſtrorũ felicis reminiſcentiæ, optimo Jure habere & exercere dignoſcimur, eligendum & nominandum, eidemque dictum Epiſcopatum Almiſienſem, ſimul cum omnibus Caſtris, Caſtellis, Oppidis, Villis, poſſeſſionibus, prædis, portionibus, ac alijs cunctis pertinentijs, obventionibus, reditibus, emolumentis, boniſque & Iuribus poſſeſſionarijs ubivis & in quibuſcunque præmemorati Regni noſtri Hungariæ partiumque ei ſubjectarum Comitatibus exiſtentibus habitis quocunque nomine vocitatis, ad eundem Epiſcopatum Almienſem de Iure & ab antiquo ſpectantib. & pertinere debent dandum & conferendum, ac ipſum Didacum Tafurum Lequilenſem Sanctiſſimo Domino noſtro Innocentio X. Papæ, pro impetranda confirmatione præſentandum duximus; Imo eligimus, nominamus, damuſque & conferimus, ac præſentamus præſentium per vigorem. Quocirca Vobis fidelibus noſtris, honorabilibus Præpoſito, Vicario, Lectori, Cantori, Cuſtodi, cæteriſque Canonicis & Beneficiatis tam dictæ Eccleſiæ Almiſienſis, quàm etiam aliarum Diœceſi illius ſubjectarum Eccleſiarum, harum ſerie firmiter committimus & mandamus, quatenus amodo impoſterum præfatum Didacum Tafurum pro vero, legitimo & indubitato Prælato & Epiſcopo habere, tenere, & recognoſcere, eique debitam reverentiam, honorem & obedientiam, prout bonos Eccleſiæ Miniſtros decet præſtare, ac in omnibus licitis & conſuetis rebus Iuriſdictioni illius parere & obtemperare modis omnibus debeatis & teneamini. Secus non facturum. Præſentibus perlectis Exhibenti reſtitutis. Datum In noſtra & Sacri Rom. Imperij Civitate Ratisbona, die ultima menſis Martij, Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Quinquageſimo tertio. Regnorum noſtrum Romani decimo ſeptimo, Hungariæ & reliquorum vigeſimo octavo. Bohemiæ verò anno vigeſimo ſexto.

Ferdinandus

(*Locus Sigilli.*)

Georius Szelepe:
Epiſcopus Nitrien.

Andreas Ruclykay.

Digitized by Google

PRæſentem hanc Copiam poſt diligentem auſcultationem, & accuratam tam Sigilli quàm ſcripturæ recognitionem, cum ſuo vero & illæſo Originali in omnibus & per omnia concordantem reperi.

Ita teſtor Ego Bernardus Abbas in Stambs, S. Ordinis Ciſtercienſis in Congregatione ſuperioris Germaniæ Præſes & Vicarius Generalis, nec non Sereniſſimi Archiducis Ferdinandi Caroli Conſiliarius, ejuſdemque Cameræ Archiducalis. Præſidens.

Paria Literarum ſuæ Maieſtatis Præſentationalium ad ſuam Sanctitatem, penes Epiſcopum Almiſienſem datarum.

BEatiſſime in Chriſto Pater Domine Reverendiſſime Poſt Officioſam noſtri commendationem, & filialis obſervantiæ continuum incrementum. Epiſcopatum Titularem Almiſienſem, ſub Archiepiſcopatu Spalaten. fundatum de Iure & defacto vacantem, Religioſo Fratri Didaco Tafuro Lequilenſi, Reformationis S. Franciſci in Provincia S. Nicolai Regni Neapolitani Theologo Sereniſſimi Archiducis Auſtriæ Ferdinandi Caroli Tyrolenſis, Patruelis noſtri dilectiſſimi, Concionatori & Hiſtorico Aulico, Viro utpotè Docto & laudobilibus preſtantiſſimiſque moribus prædito, Iuriſpatronatus noſtri Authoritate, quo in conferendis cunctis Regni noſtri Hungariæ, & Partium eidem ſubjectarum Beneficijs Eccleſiaſticis, inſtar præceſſorum noſtrorũ Divorum quondam Hungariæ Regum optimæ reminiſcentiæ bono Iure utimur innixi benignè contulimus, quem pro noſtra, & majorum noſtrorũ veteri conſuetudine Sanctitati veſtræ pro conſequenda Apoſtolica Confirmatione offerimus & preſentamus, à Sanctitate Veſtra filiali cum obſervantia petentes, ut hujuſmodi præſentationem noſtram admittere, ac dictum à nobis electum Epiſcopum Almiſienſem Apoſtolica ſua benedictione confirmare velit, Confirmationem verò ipſam ſine alicujus Annatæ ſolutione Sanctitas veſtra eidem concedere dignabitur, eo quod Epiſcopatus his Almiſienſis more Titularis exiſtens. ac jam dudum Tyrannide turcica preſſus, ipſe Epiſcopus extra ipſum Titulum nullos prorſus habeat proventus. Faciet in hoc Sanctitas veſtra rem Catholicæ Eccleſiæ proficuam & nobis gratiſſimam, quam nos de Veſtræ Sanctitati obſervantia Officijſque filialibus omninò promerebimur. Cui nos reverenter offerimus & obſequioſè commendamus. Datum in noſtra & Sacri Romani Imperij Civitate Ratisbona die ultima Menſis Martij Anno 1653.

Paria

Digitized by Google

Paria Literarum ſuæ Majeſtatis ad Cardinalem Columnam, in negotio Confirmationis Epiſcopi Almienſis, datarum.

FERDINANDVS Tertius Dei gratia electus Romanorum Imperator, &c. Reverendiſſimo in Chriſto Patri Domino Hieronymo S. Romanæ Eccleſiæ Cardinali Columnæ, Amico noſtro chariſſimo: Salutem & benevolentiæ noſtræ affectum. Reverentiſſime Pater, Amice noſter chariſſimæ. Quamvis pro ſyncero noſtro in Catholicam Eccleſiam ſtudio, ſolitaque & vetuſta Iuris Patronatus noſtri Regij authoritate, Religioſo Fratri Didaco Tafuro Lequilenſi Reformationis S. Franciſci in Provincia S. Nicolai Regni Neapolitani Theologo Sereniſſimi Archiducis Auſtriæ Ferdinandi Caroli Tyrolenſis, Patruelis noſtri dilectiſſimi, Concionatori & Hiſtorico Aulico, exigentibus id ipſum virtutum & ſcientiarum illius meritis, Titularem Epiſcopatum Almiſienſem conferentes, pro obtinenda in eodem Apoſtolica Confirmatione ſuæ Sanctitati præſentaverimus recommendaverimuſque; petentes obnixè, ut cùm idem Epiſcopus jam dudum tyrannide Turcica preſſus, nullos omninò habeat Proventus, Confirmationem petitam ſine alicujus Annatæ ſolutione, Paternè elargiri dignaretur. Præterire tamen non potuimus, quin eundem negotiaque ipſius Reverendiſſimæ quoque Paternitati Veſtræ pro meliori nota commendata redderemus, peculiari intentione ab eadem poſtulantes, velit apud ſuam Sanctitatem partes ſuas noſtri ob reſpectum interponere & efficere, ut interventione ac ſubſidio Reverendiſſimæ Paternitatis Veſtræ ipſam Confirmationem dictus Epiſcopus ſe gratis conſecutum eſſe experiatur. Quem Reverendiſſimæ Paternitatis Veſtræ erga ſe præſtitum favorem & Patrocinium nos quoque omni benevolentiæ ac Cæſarei Regijque affectus declaratione, per occaſiones compenſabimus. Eandem in reliquo proſperè valere exoptamus. Datum in noſtra & Sacri Romani Imperij Civitate Ratisbona die nona menſis Auguſti, Anno Domini M. DC. LIII.

Digitized by Google

INDEX BREVISSIMVS.

Omnium Materierum principalium, quæ in hoc II. Gentilitio continentur.

PArtes duæ in Epiſtola Dedicatoria clauſæ, ſicuti videre eſt in facie operis, ubi cæteras quoque indigitavimus.

In priori Parte Diviſiones IV.

1. Myſticus Generis Auſtrij Coloſſus. 1.
2. Ejuſdem poſitio ex eicone Apocalypſea. 34.
3. Coloſſæa materies. 50.
4. Hieroglíphycum Europæ. 65.

In poſteriori Parte item Diviſiones IV.

1. Victrix forma feſtivuſque ſecundæ eiconis profectus. 105.
2. Aquilarum Carrus triumphalis pro connubijs Auſtriacis myſteria. 132.
3. Hymeneus, Prudentia, Liberalitas, &c. 132.
4. Triumphi magnificentia, ac Sacramenta. 152.

Partis III. Excurſus I.

Omnia Fortunæ bona, inter quæ Connubiorum ingenuitas plurimi facienda, Magnatum Pietati in hac vita ſuccedunt.

Sectio I. Bona fors Pietas, mala autem Impietas in ijs, qui præſunt. fol. 1.

Sectio II. Ingenuitas ac felicitas conjugiorum quibus in rebus præcipuè, ac politicè conſiſtant. 16.

Sectio III. Concluſio pro Auſtriacorum Conjugiorum felicitate, ac fortuna. 25.

Excurſus II.

Tertiæ Partis Argumentum, nec non & ordinem procedendi, ac methodum declarat, atque alia, ſuis ſectionibus pertractanda ſubjicit.

Sectio I. In qua ea, quæ ad Conjugium Alberti Romani Habsburgici Divitis pertinent, continentur. 34.

D 2 Sectio

Sectio II. De Genealogijs Conjugum 1. ac 3. Alberti Divitis, nec non de alijs Matrimonijs alterius Lineæ Habsburgicæ. 43.

Excurſus III.

De Conjugijs maſculorum Principum Auſtriæ, propagantium ſtemma, vel non propagantium à Cæſare Rudolpho I. Habsburgico uſque ad ſuperſtites Archiduces ſpacio annorum 409. celebratis.

Sectio I. Matrimonium I. duplex juxta communem Sententiam, triplex verò juxta ſolum Guillimanni placitum 56. Vbi de Collectoris judicio. 62.

Sectio II. De Matrimonijs trium filiorum Rudolphi I. Cæſaris, Alberti, Hartmanni, Rudolphi, ann. 10. celebratis. 72.

Excurſus IV.

De Matrimonijs filiorum, ac Nepotum Alberti Cæſaris ex Othone, quæ complent annos 22. fol. 101.

Sectio I. Genealogia Blancæ Francicæ I. Rudolphi III. Conjugis 103. Vbi de Galliæ Regno, atque etiam ejuſdem Blancæ proſapiæ radicalis enarratio. 105. Prima ætas annorum 1168. nec non & I. ſtirps Sicambra fol. 109. Secunda ætas ann. 750. ac 2. ſtirps Merovinga. 112. Tertia ætas ac ſimul 3. ſtirps Corolinga ann. 531. fol. 123. Quarta ætas & ſtirps etiam Capeta Borbonia ann. 676.

Sectio II. Digreſſiuncula Apologetica, in qua poſt defenſam Sententiam noſtram de Origine Domus Auſtriacæ in I Gentilitio, demum oſtenditur Rudolphi, & Blancæ Proſapiam eandem eſſe radicaliter, deductam è regio ſanguine, non Germano, nec Gallicano, ſed Italo prorſus. 138. Vbi reſpondet auctor literis Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi Lubianenſis, Roma datis. Qui fuerint Petri Leones, quique Avus parenſque Leonis Maximi Petri Leonis 141. Appendix ſuper mente Gabrielis Bucelini de poſtremis Anicijs, Frangipanibus, Perleonibus, Habsburgicis 146. Satisfit eidem Bucelino. 148. Redit auctor ad literarum propoſitarum ſeriem 150. Pars altera digreſſiunculæ, ubi etiam de vetuſtiſſima Italiorum fundatione, per quam redarguitur Bucelinus. 154.

Sectio III. De Matrimonio Friderici I. Auſtriaci ac III. hujus nominis Imp. 165.

Sectio

Sectio IV. Super Matrimonium IX. Alberti II. Sapientis. 178.
Sectio V. Super X. Matrimonium duplex Othonis Ducis Auſtriæ. 189.

Excurſus V.

De III. Ordine Conjugiorum, quæ annis 123. contraxerunt filij, nepotes, ac pronepotes Alberti II. Sapientis.

Sectio I. Matrimonium I. ſimplex, alijs duplex, ſed valdè erroneè 200.
Sectio II. De Matrimonijs filiorum, Nepotum, ac pronepotum Leopoldi II. 212.
Sectio III. Sequuntur cætera Conjugia uſque ad Maximilianum I. excluſivè. 228.

Excurſus VI.

De IV. & ultimo in hac 3. Parte ordine Conjugiorum ann. fermè 180. celebratorum. 176.

Sectio I. De Conjugijs Maximiliani I. Imperatoris. Ibidem.
Sectio II. Continens tria Conjugia Philippi I. Regis Hiſpan. Caroli V. & Ferdinandi I. Imperatorum. 294.
Sectio III. De Conjugijs Monarcharum Hiſpaniæ Philipporum II. III. & IV. 314.
Sectio IV. De duobus alijs Matrimonijs, quæ remanent in hac ſerie Hiſpanica, quæque in præcedenti Sectione fuerunt propoſita. 348.
Syngrapha teſtamentaria à Philippo II. Principi hæredi relicta. 352.

Excurſus VII. & ultimus.

De Matrimonijs Archiducum, Regum, Cæſarum Auſtriacorum Germaniæ. 361.

Sectio I. De Conjugijs Ferdinandi II. Archiducis, Maximiliani II. Imp. Caroli II. & Alberti VII. Archiducum. Ibidem.
Sectio II. De Conjugijs Ferdinandi II. & Matthiæ I. Imperatorum. 386.
Sectio III. De Matrimonijs Leopoldi V. Auſtriæ Archid. Ferdinandi III. Imper. & Arch. Auſtriæ Ferdinandi Caroli Tyrol. 395.

Partis IV. Excurſus I.

Brevis prolocutio in ambarum partium totius materiei Argumentum. fol. 1.

Digitized by Google

INDEX

Claſſis Prior.

Continens Matrimonia fœminarum Auſtriacarum, aliorum ſtirpes, ac Rudolphi Habsburgici ſanguinem propagantium. fol. 6.

Sectio I. Quæ Principum familiæ per Europam deſcendant ab Auſtriæ Archiducibus per Lineam Rudolphi I. filiarum Agnetis, & Methildis. Ibidem.
Sectio II. In qua agendum de reliquis Matrimonijs filiarum Rudolphi I. Imp. fol. 25.
Sectio III. De Conjugijs trium filiarum Alberti I. Imp. 37.

Excurſus II.

De cæteris Conjugijs I. Claſſis, tactis tantum confuſè in ateactis propagationibus. 51.

Sectio I. De Conjugijs filiarum Alberti IV. Patientis, Erneſti Ferrei, Alberti II. ac Friderici IV. Imp. 52.
Sectio II. Ponuntur reliqua Conjugia filiarum Philippi I. Caroli V. & Ferdinandi I. Imp. fol. 61.
Sectio. III. De poſtremis Matrimonijs in hac priori Claſſe, &c. fol. 73.

Excurſus III.

Claſſis altera Auſtriacarum mulierum, maritorum ſanguinem minimè propagantium, ac ſine prole maſcula decedentium. fol. 88.

Sectio I. Continens cæterarum filiarum Rudolphi I. Conjugia. 89.
Sectio II. De reliquis filiarum Alberti I. Imp. Matrimonijs. 93.
Brevis digreſſio de Regijs ſtirpibus, quæ Regno noſtro Neapolis varijs dominatæ ſunt tempeſtatibus. 100.
Sectio III. De filiarum Friderici III. Pulchri Imperatoris, Alberti II. Othonis Specioſi, & Audacis, ac Leopoldi I. Matrimonijs. 108.
Sectio IV. Et ultima 4. Partis. De Matrimonijs filiarum Leopoldi II. Archiducis, Alberti II. & Maximiliani I. Impp. Philippi I. Regis Hiſpaniarum, Cæſarum Ferdinandi I. & Maximiliani II. Philippi II. Monarchæ Catholici, Ferdinandi II. & Caroli III. Archiducum, ac poſtremò Ferdinandi II. Imper. 117.

Excurſus IV. ac poſtremus.

Ea quam breviſſimè complectens, quorum ſtricta collectio erit hujus 2: Gentilitij Pars V. fol. 1.

Sectio

B R E V I S S I M V S.

Sectio I. Quot Principes Habsburgij Auſtrij ſexrus utriuſque, & quibus conjunctionibus auitam ſtirpem propagaverint. 2.

Sectio II. De XXI. ordinibus, per quos tot, tantiſque ſanguinis ligamentis familia Auſtriaca cum alijs ſtirpibus incredibili ſorte, ac ingenti incremento copulata eſt. 6.

Sectio III. Et ultima. De gradibus conjunctionum legalium, quas contraxerunt Principes Auſtrij cum alijs Europæ familijs. 15.

Gentilitij Totius Concluſio.

In qua demum arcana quedam, egregijs Principum Auſtriæ prærogativis contecta, in medium afferuntur. 19.

MA G 2001678

Digitized by Google